Pamph.
Gk. lit.
Hist.

SACRA
CORINTHIA, SICYONIA, PHLIASIA

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

PER ODELBERG

UPSALIAE
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST & WIKSELL
MDCCCXCVI

+9+H
21/4/98

SACRA
CORINTHIA, SICYONIA, PHLIASIA

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM SCRIPSIT ET

PERMISSU AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM
UPSALIENSIUM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

PER ODELBERG
LIC. PHIL. NAT. VESTM.-DALEC.

IN AUDITORIO IV PRIDIE IDUS SEPTEMBRES

H. P. M. S.

UPSALIAE
TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST & WIKSELL
MDCCCXCVI

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/sacracorinthiasi00odel

Præfatio.

Cum ad eas res, quarum in investigatione hæc commentatio versatur, aggrediebar, primo mihi in animo erat etiam cultus Argivorum et Megarensium tractare, ut opusculo meo ad Widii illam De Sacris Troezeniorum, Hermionensium, Epidauriorum commentationem accedente iam plena exstaret descriptio sacrorum Argolicorum, quæ temporibus Pausaniæ erant. Sed iam brevi tempore mihi apparuit id opus in præsentia maius esse quam pro viribus meis. Quod cum ita esset, eos tantummodo cultus complecti decrevi, qui intra fines Corinthiorum, Sicyoniorum, Phliasiorum celebrati sunt, quod etiam ob eam rem licere mihi persuasi, quod et Argi soli, ut meus fert sensus, satis habent, unde sumat, qui eiusmodi commentationem componere velit, et Megara, si religiones spectes, non magis cum Corintho quam cum agris a septentrionali parte finitimis cohærebant.

Rationes, quibus in opere meo conficiendo usus sum, vix demonstrari necesse est: eos, qui intra proximos annos rebus sacris per singulas regiones investigandis operam dederunt, secutus id in primis egi, ut, quanta maxima potui diligentia, omnia, quæ in litteris, titulis, nummis servata ad res sacras trium gentium illarum pernoscendas pertinerent, colligerem, atque omne studium industriamque posui in explorando, quænam munera expleverint numina singula, et quid sibi voluerint varia cognomina eorum, quæ in cultu usurpata esse constat. Aetatem singulorum cultuum, quan-

tum per harum rerum obscuritatem fontiumque tenuitatem licuit, definire conatus sum; alienorum autem sacrorum rationem omnino non habui, nisi ad cultus Corinthiorum, Sicyoniorum, Phliasiorum cognoscendos ea in comparationem vocari interfuit.

Ad extremum mihi in officio est, ut, cum hoc opusculum publici iuris facio, palam gratias agam S. Widio, Professori Lundensi, amico atque præceptori meo, qui non solum materiam commentationis eligenti consilia mihi perite suppeditavit, sed etiam progrediente labore semper operam meam, qua est erga me benevolentia et eiusmodi rerum scientia, magnopere adiuvit. Permultum sane etiam C. Roberto, Viro Clarissimo, debeo, cuius quamquam disciplina uti mihi non licuit, et ratione sua discipulis tradita, ad quam et ipse me applicavi, et operibus suis, in primis nova editione prioris voluminis Mythologiæ Prellerianæ, pro magistro et duce mihi fuit.

Summarium.

	Pag.		Pag.
Iuppiter	1	Neleus	149
Iuno	7	Bellerophon	150
Neptunus. Amphitrite	14	Sisyphus	153
Minerva	25	Achilles	155
Apollo	32	Cyclopes	156
Diana	43	Hercules	157
Volcanus	56	Coronis	162
Venus	57	Alexanor. Euamerion	164
Mars	70	Somnus. Somnium	165
Mercurius	71	Dii patrii	167
Bacchus	74	Dii averrunci	168
Ceres. Proserpina. Pluto	82	Dii universi	170
Aesculapius. Hygia	92	Necessitas. Violentia	171
Sol	104	Fortuna	172
Venti	107	Victoria	174
Pan	110	Suada	176
Hecate	112	Isis. Sarapis	178
Ilithyia	113	Medea (et liberi eius)	181
Latona	114	Epopeus	185
Musae	116	Adrastus	187
Parcae	117	Asopus	190
Horae	119	Aras liberique eius. Dysaules	192
Eumenides	121	Aratus	194
Iuventas	123	Isthmus. Lechaeum. Cenchreae. Genius coloniae	196
Mater deorum	127	Pirene	198
Cotyto	129	Αἴξ χαλκῆ	199
Amor	131	Imperatores Romani	201
Dioscuri	133	Antinous	203
Ino	135	Conspectus cultuum	203
Melicertes	137	Index rerum	210
Glaucus (Glauce)	144		
Nereides. Mare. Tritones. Pegasus. Κῆτος	147		

Iuppiter.

Corinthi:

Paus. II 2, 8. τὰ δὲ τοῦ Διός (sc. ἀγάλματα), καὶ ταῦτα ὄντα ἐν ὑπαίθρῳ. τὸ μὲν ἐπίκλησιν οὐκ εἶχε, τὸν δὲ αὐτῶν Χθόνιον καὶ τὸν τρίτον καλοῦσιν Ὕψιστον.

Paus. II 4, 5. ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου φωνῇ τῇ Ῥωμαίων· κατὰ Ἑλλάδα δὲ γλῶσσαν Κορυφαῖος ὀνομάζοιτ' ἄν.

Paus. II 4, 5. πρὸς τούτῳ τῷ γυμνασίῳ ναοὶ θεῶν εἰσιν, ὁ μὲν Διός, ὁ δὲ Ἀσκληπιοῦ. τὰ δὲ ἀγάλματα, Ἀσκληπιὸς μὲν καὶ Ὑγίεια λευκοῦ λίθου, τὸ δὲ τοῦ Διὸς χαλκοῦν ἐστιν.

Roehl, I. G. A. 20, 66 Ζεύς. Cfr 20, 61 ἀπὸ Δι[ός . . .].

Roehl, I. G. A. 24 [Διὸ]ς vel [Ζηνὸ]ς Ὀλυμπίου [1].

Paus. II 5, 5. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἥκουσα καὶ ἄλλο τοιόνδε, ὡς οἱ Κορίνθιοι Διὶ ποιήσαιντο Ὀλυμπίῳ τὸν ναόν, καὶ ὡς ἐξαίφνης πῦρ ποθεν ἐμπεσὸν διαφθείρειεν αὐτόν.

Paus. III 9, 2. Κορίνθιοι μὲν οὖν, καίπερ ἐς τὰ μάλιστα ἔχοντες προθύμως μετασχεῖν τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου, κατακαυθέντος (κατακλυσθέντος, κατακλεισθέντος codd. edd. Schubart) σφίσιν ἐξαίφνης ναοῦ Διὸς ἐπίκλησιν Ὀλυμπίου, ποιησάμενοι πονηρὸν οἰωνὸν καταμένουσιν ἄκοντες.

[1] Cfr Collitz-Bechtel, Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften No. 3158.

Theophrast. de caus. plant. V 14, 2. συνεπιμαρτυρεῖν δὲ καὶ οἱ τόποι δοκοῦσιν οἱ ἐναίθριοι λεγόμενοι· πλείω γὰρ ἐκπήγνυται καὶ πλεονάκις ἐν τούτοις ἐνιαχοῦ μὲν καὶ μικρὸν πάνυ διεχόντων, ὥσπερ ἐν Κορίνθῳ τὸ Κράνιον καὶ τὸ Ὀλύμπιον· σκληραὶ γὰρ αἱ αἰθρίαι σφόδρα περὶ τὸ Κράνιον κτλ.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 168 sq. (c:a 400—338 a. Chr.) Head of Pallas; to r., Zeus naked, standing r. on basis, holding transverse staff and thunderbolt. Cfr No. 338 (c:a 400—350), No. 525 (Tiberius); No. 606 (Marcus Aurelius) Zeus wearing himation, seated l. on throne, holding Nike, and resting on sceptre. Nota subscripta additur: Perhaps the Capitolian Zeus. Mionnet II 179, 227 (Hadrianus) Tête de Jupiter Ammon à droite. Suppl. IV 81, 541 (Hadrianus). Tête barbue de Jupiter-Capitolin.

Sicyone:

Paus. II 7, 3. μετὰ δὲ τὸ μνῆμα τοῦ Λύκου διαβεβηκόσιν ἤδη τὸν Ἀσωπόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ τὸ Ὀλύμπιον. ὀλίγον δὲ ἔμπροσθεν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τάφος Εὐπόλιδι Ἀθηναίῳ ποιήσαντι κωμῳδίαν.

Paus. II 9, 6. μετὰ δὲ τὸ Ἀράτου ἡρῷόν ἐστι μὲν Ποσειδῶνι Ἰσθμίῳ βωμός, ἔστι δὲ Ζεὺς Μειλίχιος καὶ Ἄρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῴα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ· πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίονί ἐστιν εἰκασμένη.

Paus. II 9, 6. τῆς δὲ ἀγορᾶς ἐστιν ἐν τῷ ὑπαίθρῳ Ζεὺς χαλκοῦς, τέχνῃ Λυσίππου, παρὰ δὲ αὐτὸν Ἄρτεμις ἐπίχρυσος.

Plut. Arat. 53. τῆς μὲν οὖν προτέρας (sc. θυσίας) τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο θυηπόλος, τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀράτου κτλ.

Bekk. Anecd. graec. II p. 790, 30. στοῖχος παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ ἀριθμός. τοιγαροῦν Σικυώνιοι κατὰ φυλὰς ἑαυτοὺς τά-

ξαντες καὶ ἀριθμήσαντες Διὸς Στοιχέως[1] ἱερὸν ἱδρύσαντο.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 55, 243 (Caracalla?). Zeus l., standing, naked; holds thunderbolt and sceptre. Cfr Mionnet: II 162, 111. Suppl. IV 15, 87 sq. (Foedus Achaicum). Tête laurée de Jupiter à droite.

Phliunte:

Nummi: Mionnet Suppl. IV 15, 84 sqq. (Foedus Achaicum). Jupiter debout, à gauche.

Primum, si Pausaniam in templis monumentisque describendis ducem sequimur, quæ apud Corinthios ad Iovis cultum pertinebant, nobis occurrunt tres statuæ illius dei ad puteal quoddam prope forum positæ, quarum duæ nominatæ erant, una Iovis Χθονίου, altera Iovis Ὑψίστου; tertia autem nomine carebat. Iuppiter Χθόνιος, quem eundem fuisse ac Καταχθόνιον docet Suidas, deus erat, qui agros fertiles reddebat, ob eamque rem agricolæ eum et Cererem Χθονίαν primo vere venerabantur petentes, ut benignam messem sibi darent[2]. In insula Mycono[3] Tellus Χθονία et Iuppiter Χθών. una colebantur. Præterea hic Iuppiter idem erat atque ὁ Ἅιδης[4], id est deus maximus, qui ut in terris sicut etiam apud inferos dominabatur.

Ζεὺς Ὕψιστος summus erat deus, qui nomen illud habebat, et quia sæpissime colebatur in summis montibus[5], qui aptissimam sedem deo optimo maximo præbere vide-

[1] J. A. Cramer, Anecd. græc. e codd. man. Bibl. Oxon. vol. IV p. 320 Στοιχαδέως. Cfr C. A. Lobeck, Pathologiæ sermonis græci proleg. p. 351. Villoison (Anecd. vol. II p. 187) Στοιχείου scripsit.

[2] Hesiod. Op. v. 465 sq.

[3] Dittenberger, Sylloge inscr. No. 373 l. 25.

[4] Hesych. v. Χθόνιος Ζεύς· ὁ Ἅιδης. Cfr K. Lehrs, Pop. Aufs.[2] p. 298 sq.

[5] Et. M. v. Ὕψιστος· ὁ ἐν τῷ ὄψει ἑστώς.

bantur, et quia alii omnes dii ei impares erant. Multis locis cultum Iovis Ὑψίστου invenimus, ut docet Wide, Lakonische Kulte p. 14 cum not. 2.

Statuam tertiam Iovis ibidem positam nullum nomen habuisse testatur Pausanias; neque tamen dubium esse mihi videtur, quin tertia illa statua Iovis Ἐναλίου fuerit. Si res ita se habet, hic videmus Iovem fratresque eius uno loco divino honore cultos [1], id est Corinthii his statuis tribus positis deum summum unum et in coelo et in terris et in mari dominantem venerabantur. Conferre possumus signum Iovis tres oculos habens, quod ætate Pausaniæ Argis in arce Larissa positum erat [2].

Supra theatrum illud Corinthiorum positum erat templum Iovis Καπετωλίου, quem eundem fuisse ac Iovem Κορυφαῖον docet Pausanias; erat igitur Iuppiter, qui colebatur multis locis [3], sæpe in ipsis arcibus urbium, et haud ita multum differebat a Iove, cui nomen erat Ὕψιστος. Recte igitur mihi videtur G. Wentzel in libello, qui inscribitur De Pausania periegeta (pag. 27), negare cognomen illud Καπετώλιος indicasse cultum illum Iovis e gente externa introductum esse; nomen tantum a Romanis acceptum esse videtur, quod minime admirationi est nobis considerantibus et Corinthum, quæ erat temporibus Pausaniæ, coloniam fuisse Romanam, et verba hæc periegetæ nostri λόγου δὲ ἄξια ἐν τῇ πόλει τὰ μὲν λειπόμενα ἔτι τῶν ἀρχαίων ἐστίν, τὰ δὲ πολλὰ αὐτῶν ἐπὶ τῆς ἀκμῆς ἐποιήθη τῆς ὕστερον [4].

Iovem Ὀλύμπιον et Corinthi et Sicyone cultum fuisse certo scimus; utrobique templa, quibus nomina erant Ὀλύμπια, extra moenia urbium posita erant. In primis Athenis [5] et Olympiæ [6] usque ab antiquissimis temporibus Iuppiter

[1] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 159 n. 2.

[2] Paus. II 24, 3.

[3] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 116 n. 11 cum add. p. 866.

[4] II 2, 6.

[5] Paus. I 18, 6—8.

[6] Paus. V 10.

Ὀλύμπιος colebatur, qui principio nomen illud acceperat a monte illo, qui sedes erat deorum et compluribus deis nomen idem indiderat. Templa et imagines Iovis Ὀλυμπίου aliis quoque locis multis reperimus, quos enumerat Preller-Robert, Gr. Myth. I 122 n. 1; 866; addere velim Ephesum [1].

Sicyonii sicut alii multi [2] Iovem Σωτῆρα colebant, ut testatur Plutarchus. Quantum quidem e verbis Plutarchi diiudicari potest, hic deus nulla societate interiore iunctus erat aut cum Iove, eodem [3] vel alio [4] cognomine nominato, cuius auxilium in magna siccitate implorare mos erat, aut cum eo, qui multis locis præcipue in portibus [5] ut deus nautarum rerumque navalium colebatur, sed Iuppiter Σωτήρ erat apud Sicyonios is deus, quem in periculis omnis generis invocabant, id est deus conservator, cuius in epulis meminisse [6] institutum erat apud Græcos.

Et Iovem Μειλίχιον colebant Sicyonii teste Pausania. Ille deus eodem loco ac Diana Πατρῴα signum habebat, quod non in speciem humanam conformatum erat, sed figuram pyramidis habebat. Dianæ quoque statua erat forma inusitata; figurata enim erat dea in speciem columnæ. De utraque statua Pausanias dicit σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ, quæ verba simul cum figura inusitata statuarum vetustatem tantam indicant, ut verisimile sit, hunc cultum mansisse a tempore, quo deos deasque ad humani corporis similitudinem formatos venerari nondum mos esset [7].

---

[1] Paus. VII 2, 9.

[2] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 151 n. 3.

[3] Wide, De sacris etc. p. 5.

[4] Preller-Robert, Gr. Myth. I 119; 866.

[5] Wide, Lakon. Kult. p. 22 sq.

[6] Schol. Pind. Isthm. V 10.

[7] Commemorandum est aliis quoque locis simulacra antiquissima deorum rudia formata esse, velut Argis statua Iunonis ad similitudinem columnæ formata erat. Cfr Cl. Alex. Str. I 24, p. 418 Potter Πρὶν γοῦν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ

Constat Iovem Μειλίχιον cultum habuisse multis locis[1], in primis in Attica et Athenis[2], ubi ita colebatur, ut dubium non sit, quin numero deorum inferorum habitus fuerit. Bacchum quoque cognomen Μειλίχιος habuisse commemorat Athenæus[3]; is quoque deus inferus habitus est[4].

Postremo apud Sicyonios invenimus Iovem Στοιχέα (Στοιχαδέα. Στοιχεῖον). Qui deus, quantum vidi, nullo alio loco cultus est; cognomen illud Robertus Gompf[5] interpretatus est "numerarius". Mihi autem melius verti posse videtur Στοιχεύς epitetho "constituens", id est deus, qui non solum populum adversus hostes instructum, exercitum, disponit, sed qui totam omnino rem publicam legibus, institutis, ordinibus temperat[6].

Nullum cultum Iovis apud Phliasios[7] aut a scriptoribus antiquis commemoratum aut per titulos traditum inveni, sed veri simillimum videtur hunc deum ibi sacra habuisse, quam opinionem nummi nonnulli confirmant, quos supra nominavi. Tamen commemorandum est hos nummos excusos esse temporibus foederis Achaici, quod scimus Iovem Ὁμαγύριον una cum Cerere, cui nomen erat Παναχαία[8], patronum habuisse[9].

ἕσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ Θεοῦ. Γράφει γοῦν ὁ τὴν Φορωνίδα ποιήσας·

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Cfr E. Meyer, Gesch. d. Alterth. II p. 96 sq.

[1] Preller-Robert, Gr. Myth. I 130 n. 4; 866 sq.

[2] Thuc. I 126; K. F. Hermann Philol. II 1 sq.

[3] III 78 c.

[4] Wide, Lak. Kult. 166.

[5] Sicyoniacorum specimen primum, p. 80 n. 137.

[6] Hermann, Gottesd. Alterth.[2] p. 40 sq.

[7] Delphis posita erat a Phliasiis statua aenea Iovis una cum signo Aeginæ. (Paus. X 13: 6.)

[8] Aliter hanc imaginem Gardener et Poole in Cat. of the greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus p. 12 (cfr not. †) intelligunt; negant hos nummos imaginem Cereris præbere.

[9] Head, Hist. num. 351. Eckhel, Doctr. num. vet. vol. II 231.

Iuno.

Corinthi:

Paus. II 3, 11. [Εὔμηλος δὲ .... ἔφη] βασιλεύειν μὲν δὴ δι' αὐτὴν Ἰάσονα ἐν Κορίνθῳ, Μηδείᾳ δὲ παῖδας μὲν γίνεσθαι. τὸ δὲ ἀεὶ τικτόμενον κατακρύπτειν αὐτὸ ἐς τὸ ἱερὸν φέρουσαν τῆς Ἥρας. κατακρύπτειν δὲ ἀθανάτους ἔτεσθαι νομίζουσαν.

Paus. II 4, 7. ταύτῃ καὶ τὸ τῆς Βουναίας ἐστὶν Ἥρας ἱερόν, ἱδρυσαμένου Βούνου τοῦ Ἕρμου· καὶ δι' αὐτὸ ἡ θεὸς καλεῖται Βουναία.

Eur. Med. v. 1378 sq.

οὐ δῆτ', ἐπεὶ σφᾶς τῇδ' ἐγὼ θάψω χερί.
φέρουσ' ἐς Ἥρας τέμενος Ἀκραίας θεοῦ,
ὡς μή τις αὐτοὺς πολεμίων καθυβρίσῃ.
τύμβους ἀνασπῶν· γῇ δέ τῇδε Σισύφου
σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν
τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου.

Schol. Eur. Med. 1379. φέρουσ' ἐς Ἥρας τέμενος, ἀκραίας θεοῦ: τῆς ἐν τῇ ἀκροπόλει τιμωμένης. Ἥραια δὲ πένθιμος ἑορτὴ παρὰ Κορινθίοις. ἀκραία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι.

Philostr. Her. XX 24 (II p. 207 Kayser). τὰ μὲν δὴ Κορινθίων ἐπὶ Μελικέρτῃ, τούτους γὰρ δὴ τοὺς ἀπὸ Σισύφου εἶπον. καὶ ὁπόσα οἱ αὐτοὶ δρῶσιν ἐπὶ τοῖς τῆς Μηδείας παισίν. οὓς ὑπὲρ τῆς Γλαύκης ἀπέκτειναν, θρήνῳ εἴκασται τελεστικῷ τε καὶ ἐνθέῳ. τοὺς μὲν γὰρ δὴ μειλίσσονται, τὸν δὲ ὑμνοῦσιν.

Plut. Arat. 21. ἐπεὶ δὲ ἦν ἕτοιμα πάντα, τὴν μὲν ἄλλην δύναμιν ἐκέλευσεν ἐπὶ τῶν ὅπλων νυκτερεύειν, ἀναλαβὼν δὲ λοχάδας τετρακοσίους οὐδ' αὐτοὺς εἰδότας τὰ πραττόμενα, πλὴν ὀλίγων, ἦγε πρὸς τὰς πύλας παρὰ τὸ Ἡραῖον. Cfr cap. 22; 24. Herod. V 92, η[1].

Strabo VIII 380 (In promunturio, quod a fano Iunonis Heræum dicebatur) ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τὸ παλαιόν, καὶ κτλ. Cfr Liv. XXXII 23, 10; Xen. Hell. IV 5, 5. Plut. Cleom. 20.

Sicyone:

Paus. II 11, 1. Ἐπωπέα δὲ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι τὸ πλησίον ἱερὸν ποιῆσαι λέγουσι, τὸ δὲ μετ' αὐτὸ Ἥρας Ἄδραστον· ἀγάλματα δὲ ὑπελείπετο οὐδετέρῳ.

Schol. Pind. Nem. IX 30. Ἄδραστος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Πρώνακτος φυγὼν ἦλθεν εἰς Σικυῶνα, καὶ τὴν Πολύβου μητροπάτορος βασιλείαν λαβὼν ἐβασίλευσε τῆς Σικυῶνος, καὶ τῆς Ἥρας τῆς Ἀλεξάνδρου καλουμένης ἱερὸν καθ' ὅνπερ ᾤκει τόπον ἱδρύσατο. τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβε ταύτην τὸ ἱερὸν διὰ τὸ φεύγοντα τὸν Ἄδραστον ἱδρύσασθαι καὶ καλέσαι ἱερὸν Ἥρας Ἀλεξάνδρου.

Paus. II 11, 2. τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς Ἥρας, ἣν ἱδρύσατο Ἄδραστος, ὀλίγον ἀπωτέρω Καρνείου ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος· κίονες δὲ ἑστήκασιν ἐν αὐτῷ μόνοι, τοίχους δὲ οὐκέτι οὐδὲ ὄροφον οὔτε ἐνταῦθα εὑρήσεις οὔτε ἐν τῷ τῆς Προδρομίας Ἥρας. τοῦτον γὰρ δὴ Φάλκης ἱδρύσατο ὁ Τημένου, τῆς ὁδοῦ οἱ τῆς ἐς Σικυῶνα Ἥραν φάμενος ὁδηγὸν γενέσθαι.

[1] Minus recte Stein in hunc locum animadvertit Herodotum hic de eodem templo Iunonis Acrææ vel Bunææ agere, quod postea nominat Pausanias II 4, 7. Quantum quidem ego diiudicare possum, hæc duo diversa templa erant (Cfr C. Bursian, Geogr. v. Griech. II 17 n. 1), nam verba Herodoti nullo alio modo interpretari possumus, quam ut templum ab eo nominatum extra portam positum credamus; dicit enim κήρυγμα ἐποιήσατο ἐς τὸ Ἥραιον ἐξιέναι πάσας Κορινθίων γυναῖκας.

Paus. II 12, 2 (Inter Sicyonem et portum urbis) ἐκ δὲ Τιτάνης ἐς Σικυῶνα ἀφικομένοις καὶ καταβαίνουσιν ἐς θάλασσαν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς Ἥρας, οὐκ ἔχων ἔτι οὔτε ἄγαλμα οὔτε ὄροφον· τὸν δὲ ἀναθέντα Προῖτον εἶναι τὸν Ἄβαντός φασι.

Phliunte:

Paus. II 13, 4. ἐφ' ὅτῳ δὲ οὕτω νομίζουσιν, ἱερός ἐστιν αὐτοῖς λόγος, ἐπεὶ τῆς γε Ἥρας ἐστὶν ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ ναὸς ἄγαλμα ἔχων Παρίου λίθου.

Bull. de corr. hell. VI 444. Ἥρας.

Xen. Hell. VII 2, 1 (In monte Tricarano) οὕτω δὲ τούτων προκεχωρηκότων καὶ τῶν τε Ἀργείων ἐπιτετειχικότων τῷ Φλιοῦντι τὸ ὑπὲρ τοῦ Ἡραίου Τρικάρανον καὶ τῶν Σικυωνίων ἐπὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῶν τειχιζόντων τὴν Θυαμίαν μάλα ἐπιέζοντο οἱ Φλίασιοι καὶ ἐσπάνιζον τῶν ἐπιτηδείων. Cfr Xen. Hell. VII 2, 11 et 12.

Si numero templorum diiudicare licet, quantum tribuerit populus quivis deo deæve cuidam, satis constat Iunonem apud tres illos populos, de quorum sacris hic agitur, deam potentem habitam esse. Nam apud Corinthios in ipsa urbe et in agris [1] tria templa ei deæ consecrata invenimus, e quibus unum in promunturio e monte Geranea in sinum Corinthium excurrente positum erat; totidem templa Sicyonii dedicaverant, et Phliasios quamvis paucos, si cum ceteris duobus conferis eos, non minus duo templa Iunonis habuisse narrant scriptores.

Maximi momenti erat cultus, qui a Corinthiis in honorem Iunonis Ἀκραίας vel Βουναίας institutus erat. Primum omnium Iunonem Ἀκραίαν eandem fuisse quam Iunonem Βουναίαν commemorandum est. Nam quod scriptum est apud Pausaniam de conditore eius cultus quodam, cui nomen erat

[1] Etiam in coloniis cultus Iunonis invenimus, ut in insulis Coreyra (Thuc. I 24; III 75, 79), Leucade (Plut. De ser. num. vind. 12 p. 557 C).

Βοῦνος, nihil aliud est[1], quam quod ipse ab Eumelo, poeta epico, acceperat; et perspicuum est Bunum illum adhibitum esse, ut per personam fictam epithetum illud βουναία simul cum ἀκραία usurpatum explicaretur. Βουναία autem ductum est a βουνός, locus editus; quæ cum ita sint, βουναία et ἀκραία idem significant, id est, deam in arcibus vel montibus cultam[2]. Aliis quoque deabus cognomen Ἀκραία inditum est[3].

Euripides et post eum multi scriptores antiqui tradiderunt societatem intimam quandam Corinthi intercessisse inter Iunonem Ἀκραίαν et Medeam. Nonnulli enim auctores sunt Medeam cultum eius deæ apud Corinthios instituisse[4], alii eam, cum Corintho fugeret, in templo Iunonis Ἀκραίας liberos suos interfectos sepelisse[5], alii eam fugientem in ara deæ, quia infantes essent[6], liberos suos reliquisse, quos postea scelerati homines gentis Corinthiæ necavissent[7], ob eamque rem Corinthios in singulos annos festum lugubre mystico cuidam ac divino luctui assimulatum egisse. Quoquo modo hæc res se habere fingebatur, inter omnes constat Corinthios in honorem Iunonis festum annuum celebrasse, de quo Parmeniscus scripsit[8]: μαντευομένοις δὲ αὐτοῖς χρησμῳδῆσαι τὸν θεὸν ἱλάσκεσθαι τὸ τῆς Μηδείας τέκνων ἄγος, ὅθεν Κορινθίοις μέχρι τῶν καιρῶν τῶν καθ' ἡμᾶς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἑπτὰ κούρους καὶ ἑπτὰ κούρας τῶν ἐπισημοτάτων ἀνδρῶν ἐναπενιαυτίζειν (ἀπενιαυτίζειν Dind.) ἐν τῷ τῆς θεᾶς (sc. τῆς Ἥρας) τεμένει, καὶ μετὰ θυσιῶν ἱλάσκεσθαι τὴν ἐκείνων μῆνιν, καὶ τὴν δι' ἐκείνους

[1] E. Wilisch: Ueber die Fragm. des Epikers Eumelos p. 11.

[2] Quod Elmsley in annotationibus ad v. 1346 Eur. Med. dicit: falsum est, quod dicit grammaticus ἀκραία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι, mihi probari non potest. Vide infra Hesych. v. ἀκρία.

[3] Hesych. v. Ἀκρία· ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Ἄργει, ἐπί τινος ἄκρας ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς καὶ Ἀκρίσιος ὠνομάσθη. ἔστι δὲ καὶ ἡ Ἥρα καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη προσαγορευομένη ἐν Ἄργει, κατὰ τὸ ὅμοιον ἐπ' ἄκρῳ ἱδρυμέναι. Etiam Fortuna nomine Ἀκραία Sicyone colebatur.

[4] Zenob. I 27. Phot. lex. I p. 253 Naber.

[5] Eur. Med. v. 1378 sq.

[6] Apollod. Bibl. I 146 Wagner.

[7] Schol. Eur. Med. 273; Philostr. l. s. l.; alii.

[8] In Schol. Eur. Med. 273. Cfr Paus. II 3, 7.

γενομένην τῆς θεᾶς ὀργήν. Irata igitur Corinthiis ob mortem liberorum Medeæ Iuno fingebatur. Sed etiam alia de ritibus, quos in Iunone Ἀκραίᾳ colenda observabant Corinthii, cognita habemus. Auctores enim sunt Hesychius, alii[1] Iunonem capris immolatis mactare moris fuisse Corinthiorum; eodem igitur modo Iuno Ἀκραία Corinthi colebatur ac Lacedaemone Iuno Λιμοφάγος, quam ibi deam habitam esse nimborum recte, ut meus fert sensus, ostendere conatus est Wide[2]. Simili munere etiam apud Corinthios Iunonem Ἀκραίαν functam esse credo. Manifestum autem esse mihi videtur talem deam et originem duxisse e tempore, quo fieri non posset, quin numen summum propter mores simplices hominum ritu pastorum agricolarumque viventium in primis dominus moderatorque imbrium, nivium, tempestatum evaderet, et summam vim apud populum agrum colentem habuisse. Sed urbs Corinthiorum χώραν ἔσχεν οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σκολιάν τε καὶ τραχεῖαν. ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι καὶ παροιμιάζονται "Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται"[3], unde credibile fit hunc cultum aliunde Corinthum translatum esse, neque dubium esse videtur, quin loca circa sinum Pagasæum sita[4] prius domicilium eius cultus fuerint. Itaque iam antequam in domum novam pervenerunt, Iunonis Ἀκραίας cultores fuerunt, qui posteriore ætate Corinthi ἐναπενταετισμόν illum puerorum septem puellarumque totidem[5] subibant, quem sacrificiis hominum (liberorum) vetustioris temporis successisse veri simillimum mihi videtur. Cum hac igitur Iunone rationem apud Corinthios habebat Medea, quæ

[1] Hesych. v. αἶξ αἶγα ἢ τὴν μάχαιραν· Zenob. I 27; Diogen. I 52; Greg. Cypr. I 13; Apost. I 60; Phot. lex. I p. 253 Naber; Suidas lex.

[2] Lak. kult. p. 26 sq.; Cfr Paus. III 15, 9; K. O. Müller, Die Dorier I 395 u. 3.

[3] Strab. VIII 382. Cfr C. Wagner, Rer. Corinth. spec. p. 19.

[4] Cfr Welcker, Gr. Götterl. I 381 sq.; K. O. Müller, Orchom.[2] p. 264 sq.

[5] Conferas velim numerum puerorum puellarumque Sicyone Apollinem Dianamque placantium (Paus. II 7, 8) et ritus, qui in Dædalis, quæ vocata sunt, celebrandis observati sunt. (Schoemann, Gr. Alterth. II[3] p. 516 sq.)

coniunctio — etiam aliis locis invenitur — aptissima nobis videbitur recordantibus Medeam ipsam quoque, sicut infra demonstrabo, apud Corinthios deam aeriam fuisse. Natura igitur inter se diversæ non erant Medea et Iuno, sed eadem fortuna usa est Medea ac tot alii dii deæque singularum regionum Græciæ: loco cedere Iunoni coacta quamvis ipsa ab initio dea cultus conditrix illius facta est[1].

Etiam in promunturio adversus Sicyonem in sinum Corinthium excurrente templum inclitum habebat Iuno Ἀκραία, quod cum oraculo[2] coniunctum fuisse videtur; toti insulæ a templo nomen inditum erat.

Sicyone in ipsa urbe templa Iunonis Ἀλεξάνδρου et Προδρομίας invenimus, quorum illud ab Adrasto, hoc a Phalce, Temeni filio, dedicatum erat; itaque uterque cultus Argis introductus erat. Ἀλέξανδρος[3] vocata est Iuno ab Adrasto, quia eum ex patria exulem servavit et post mortem materni avi ad regnum Sicyone obtinendum adiuvit.

Ob eiusmodi causam templum cultumque Iunonis Προδρομίας Phalces instituit; Προδρομία erat Iuno itinera protegens et in optatas domos ducens, ut recte monuit Siebelis in annotatione ad locum illum Pausaniæ; cur lectio illa προδρομία spuria habeatur, nulla causa est mea quidem opinione[4]. Videmus igitur Iunonem Sicyone deam habitam esse, quæ bella et res a viris bene gestas tueretur. Etiam aliis locis[5] eiusmodi res cordi erant Iunoni, quamquam sæpissime ut conjux summi dei muliebri cultu fruebatur. Præterea commemorandum est nullum cultus commercium Iunoni apud Corinthios, Sicyonios, Phliasios cum Iove intercessisse.

[1] Cfr Wide Skand. Arch. I p. 122 sq.

[2] E. Wilisch, Ueber die Hauptgottheiten des alt. Korinth (Festschr. des Zittauer Gymn. v. $^{2}/_{10}$. 1879) p. 29 censet oraculum non in eo templo situm fuisse, sed suum proprium templum "inter Lechæum et Pagas" habuisse; verba Strabonis VIII 380 affert, sed mea quidem opinione hæc ita accipi non possunt. Cfr C. Bursian, Geogr. v. Griech. I 383 n. 3 et E. Curtius, Pelop. II 553.

[3] Cfr G. Löschcke Mittheil. des deutsch. archæol. Inst. Ath. Abth. III 171.

[4] Cfr Siebelis, Pausaniæ Græciæ descr. vol. I adn. p. 189.

[5] Preller-Robert, Gr. Myth. I 168 et Gerhard, Gr. Myth. § 220 n. 4.

Nullo alio loco aut Ἀλεξάνδρου aut Προδρομίας Iunonis cultus exstitit.

Inter Iunonem et Apollinem nullum societatis vinculum interius apud Sicyonios inveni, nisi quod templa eorum haud ita multum inter se distabant[1].

Phliunte in ipsa urbe templum unum habuisse Iunonem e descriptione Pausaniæ compertum habemus. Quod ad rationem, quam cum Iunone in cultu Phliasio habebat Iuventas, legentes ad ea, quæ infra dicentur, relego.

Abhinc paucos annos prope eum locum, ubi sita erat Phlius, repertus est lapis, in quo incisum est verbum Ἥρας[2]. Ubi templum Iunonis, in Tricacano monte situm, de quo mentionem facit Xenophon in Hell., positum fuerit, nunc non satis constat.

---

[1] Cfr Welcker, Gr. Götterl. I 470.

[2] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 868, ubi legendum est Paus. II 13, 4.

Neptunus. Amphitrite.

Corinthi:

Paus. II 1, 6. λέγουσι δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι Ποσειδῶνα ἐλθεῖν Ἡλίῳ περὶ τῆς γῆς ἐς ἀμφισβήτησιν, Βριάρεων δὲ διαλλακτὴν γενέσθαι σφίσιν. Ἰσθμὸν μὲν καὶ ὅσα ταύτῃ δικάσαντα εἶναι Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντα τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἀπὸ μὲν τούτου λέγουσιν εἶναι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος. Cfr Paus. II 4, 6; Luc. De salt. 42; Pseud.-Dion. Chrysost. Or. XXXVII, 11 Emperius.

Paus. II 1, 7 (Templum Isthmium). θέας δὲ αὐτόθι ἄξιά ἐστι μὲν θέατρον, ἔστι δὲ στάδιον λίθου λευκοῦ. ἐλθόντι δὲ ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν τοῦτο μὲν ἀθλητῶν νικησάντων τὰ Ἴσθμια ἑστήκασιν εἰκόνες, τοῦτο δὲ πιτύων δένδρα ἐστὶ πεφυτευμένα ἐπὶ στοίχου, τὰ πολλὰ ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἀνήκοντα. τῷ ναῷ δὲ ὄντι μέγεθος οὐ μείζονι ἐφεστήκασι Τρίτωνες χαλκοῖ. καὶ ἀγάλματά ἐστιν ἐν τῷ προνάῳ, δύο μὲν Ποσειδῶνος, τρίτον δὲ Ἀμφιτρίτης. καὶ Θάλασσα. καὶ αὕτη χαλκῆ. τὰ δὲ ἔνδον ἐφ' ἡμῶν ἀνέθηκεν Ἡρῴδης Ἀθηναῖος, ἵππους τέσσαρας ἐπιχρύσους πλὴν τῶν ὁπλῶν· ὁπλαὶ δέ σφισίν εἰσιν ἐλέφαντος. καὶ Τρίτωνες δύο παρὰ τοὺς ἵππους εἰσὶ χρυσοῖ, τὰ μετ' ἰξὺν ἐλέφαντος καὶ οὗτοι· τῷ δὲ ἅρματι Ἀμφιτρίτη καὶ Ποσειδῶν ἐφεστήκασι. καὶ παῖς ὀρθός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος ὁ Παλαίμων· ἐλέφαντος δὲ καὶ χρυσοῦ καὶ οὗτοι πεποίηνται. τῷ βάθρῳ δέ, ἐφ' οὗ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται Θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα, ἑκατέρωθεν δέ εἰσιν αἱ Νηρηίδες καλούμεναι. ταύταις καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος βωμοὺς οἶδα ὄντας, τοὺς

δὲ καὶ τεμένη σφίσιν ἀναθέντας *πομπαίοισιν, ἔνθα καὶ Ἀχιλλεῖ τιμαί· Δωτοὺς δὲ ἐν Γαβάλοις ἱερόν ἐστιν ἄγιον, ἔνθα πέπλος ἔτι ἐλείπετο, ὃν Ἕλληνες Ἐριφύλην λέγουσιν ἐπὶ τῷ παιδὶ λαβεῖν Ἀλκμαίωνι. τοῦ Ποσειδῶνος δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι τῷ βάθρῳ καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, ὅτι δὴ σωτῆρες καὶ οὗτοι νεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων. τὰ δὲ ἄλλα ἀνάκειται Γαλήνης ἄγαλμα καὶ Θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον. Ἰνώ τε καὶ Βελλεροφόντης καὶ ὁ Ἵππος ὁ Πήγασος. τοῦ περιβόλου δέ ἐστιν ἐντὸς Παλαίμονος ἐν ἀριστερᾷ ναός, ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ αὐτὸς ὁ Παλαίμων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Ἄδυτον καλούμενον, κάθοδος δὲ ἐς αὐτὸ ὑπόγεως, ἔνθα δὴ τὸν Παλαίμονα νεκρύφθαι φασίν. ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ Κορινθίων ἢ ξένος ἐπίορκα ὀμόσῃ, οὐδεμία ἐστὶν οἱ μηχανὴ διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου. καὶ δὴ ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, Κυκλώπων καλούμενος βωμός, καὶ θύουσιν ἐπ' αὐτῷ Κύκλωψι. τάφους δὲ Σισύφου καὶ Νηλέως. καὶ γὰρ Νηλέα ἀφικόμενον ἐς Κόρινθον νόσῳ τελευτῆσαί φασι καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ταφῆναι, οὐκ ἂν οὐδὲ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος τὰ Εὐμήλου· Νηλέως μὲν γὰρ οὐδὲ Νέστορι ἐπιδειχθῆναι τὸ μνῆμα ὑπὸ Σισύφου φησί· χρῆναι γὰρ ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν ὁμοίως εἶναι· Σίσυφον δὲ ταφῆναι μὲν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τὸν δέ οἱ τάφον καὶ τῶν ἐφ' αὐτοῦ Κορινθίων ὀλίγους εἶναι τοὺς εἰδότας. Ὁ δὲ Ἰσθμικὸς ἀγὼν οὐδὲ ἀναστάντων ὑπὸ Μομμίου Κορινθίων ἐξέλιπεν, ἀλλ' ὅσον μὲν χρόνον ἠρήμωτο ἡ πόλις, Σικυωνίοις ἄγειν ἐπετέτραπτο τὰ Ἴσθμια, οἰκισθείσης δὲ αὖθις ἐς τοὺς νῦν οἰκήτορας περιῆλθεν ἡ τιμή.

Himer. Or. III 10. Ἵππειον Ποσειδῶνα τιμῶσιν Ἕλληνες καὶ θύουσιν ἐπὶ Ἰσθμῷ τῷ θεῷ, δεικνύοντες αὐτὸν ἡνίοχον καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγάλμασιν.

Plut. Thes. 25. καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους, ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διί, καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. Ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι νυκτὸς ἐδράτο. τελετῆς ἔχων μᾶλλον ἢ θέας καὶ πανηγυρισμοῦ τάξιν. ἔνιοι δέ φασιν ἐπὶ Σκείρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θη-

σέως ἀφοσιουμένου τὸν φόνον διὰ τὴν συγγένειαν· Σκείρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης τῆς Πιτθέως. οἱ δὲ Σίνιν. οὐ Σκείρωνα, καὶ τοὶ ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. ἔταξεν οὖν καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπετασθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον, ὡς Ἑλλάνικος καὶ Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἱστορήκασιν. Cfr Schol. Ap. Rh. III 1240; Philostr. mai. Imag. II 16. Hygin, fab. 273; Clem. Alex. Strom. I p. 401 Potter; Schol. Pind. Isthm. Arg.

Bull. de corr. hell. VIII 232. Εὔτυχος Εὐκλιάδας Ποσειδᾶνι τεισαν . . . . . χος.

Xen. Hell. IV 5, 4 (Prope Heræum promunturium). φανερὸς δὲ ἐγένετο καὶ ὁ νεὼς[1] τοῦ Ποσειδῶνος ταύτῃ τῇ νυκτὶ καιόμενος· ὑφ' ὅτου δὲ ἐνεπρήσθη, οὐδεὶς οἶδεν.

Paus. II 2, 8. πλησίον δὲ ᾠκοδόμηται κρήνη, καὶ Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ χαλκοῦς καὶ δελφὶς ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστι τοῦ Ποσειδῶνος ἀφιεὶς ὕδωρ. Cfr C. I. G. 1105 cum annot. Boeckhii.

Paus. II 3, 4. μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων.

Paus. II 3, 5. λουτρὰ δέ ἐστι μὲν πολλαχοῦ Κορινθίοις καὶ ἄλλα, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, τὸ δὲ βασιλέως Ἀδριανοῦ κατασκευάσαντος· τὸ δὲ ὀνομαστότατον αὐτῶν πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος. τοῦτο δὲ Εὐρύκλῆς ἐποίησεν ἀνὴρ Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις καὶ ὃν ἐν Κρωκεαῖς χώρας τῆς Λακωνικῆς ὀρύσσουσιν. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς ἐσόδου Ποσειδῶν καὶ μετ' αὐτὸν Ἄρτεμις θηρεύουσα ἕστηκε.

Pind. Ol. XIII v. 3 sq.

γνώσομαι
τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
πρόθυρον Ποτιδᾶνος, ἀγλαόκουρον.

Schol. Pind. Ol. XIII 1. καὶ ὑμνήσω διὰ τούτων καὶ τὴν εὐ-

[1] Cfr E. Curtius, Pelop. II 553.

δαίμονα Κόρινθον τὴν τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος οὖσαν προπύλαιον καὶ οἰκητήριον κτλ.

Pind. Ol. XIII v. 65 sq.

ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
καὶ Δαμαίῳ νιν θόων ταῦρον ἀργὰν πατρὶ δεῖξον.

Roehl, I. G. A. 20 "Corinthi ab arce ad meridiem versus effossae sunt testae permultae, in quibus picti sunt dii, imprimis Neptunus et Amphitrita, heroes pugnantes, homines varia negotia administrantes, animalia. Adscripti sunt tituli, plurimi penicillo picti, pauci acu incisi" [1].

Paus. II 2, 3 (Lechæi) Κορινθίοις δὲ τοῖς ἐπινείοις τὰ ὀνόματα Λέχης καὶ Κεγχρίας ἔδοσαν, Ποσειδῶνος εἶναι καὶ Πειρήνης τῆς Ἀχελῴου λεγόμενοι· πεποίηται δὲ ἐν Ἠοίαις μεγάλαις Οἰβάλου θυγατέρα εἶναι Πειρήνην· ἔστι δὲ ἐν Λεχαίῳ μὲν Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν, κτλ. Cfr Callim. hymn. IV 269 sq.

Paus. II 2, 3 (Cenchreis) ἐν δὲ Κεγχρέαις Ἀφροδίτης τέ ἐστι ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου, μετὰ δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἐρύματι τῷ διὰ τῆς θαλάσσης Ποσειδῶνος χαλκοῦν. κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἴσιδος ἱερά.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 167 (400—338 a Chr.) Head of Pallas r.; to l., Poseidon, naked, standing r. on basis, wielding trident, and holding dolphin on extended l. arm; to r., dolphin. Cfr Mionnet II 167, 137. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 478 sq. Head of Poseidon r., bound with wreath of marine plant, as on coins of Antigonus Gonatas; No. 483 sq. (46—44 a. Chr.). Poseidon naked, seated r. on rock, and resting on long trident. Cfr No. 493, 506 sq. (Augustus), 544 [2]

[1] Nihil prodesse duxi magnum numerum horum titulorum nomine Neptuni insignium afferre, quippe quorum varietates ad illustrandum, qualis fuerit cultus dei, vix minimi momenti instar habeant.

[2] Cfr infra pag. 23.

(Claudius), 551, 554 sq. (Nero), 583 (Domitianus), 630 (Commodus), 670 (Plautilla). Mionnet II 172, 186 (Augustus), Neptune debout dans un char traîné par deux hippocampes, à gauche. Mionnet II 177, 218 (Domitianus), Neptune nu assis sur un rocher; à ses pieds un dauphin; devant, une femme portant un enfant. The Journal of hell. stud. VI 66 (Ant. Pius). Views of harbour of Cenchreæ, flanked on either side by temple, and containing standing colossus of Poseidon and three ships. (Pl. LI D 60); VIII 51 (Caracalla) Quadrangular Harbour; at the top, temple, to which steps lead from the water, to left of it a shrine (?) to right a statue (?); at the two sides a range of collonades: in the water, two Tritons, face to face (Pl. LXXVIII FF 6); As D 60 represents the harbour of Cenchreæ so the present coin seems to represent that of Lechæum . . The temple in that case would be Poseidon's.

Sicyone:

Paus. II 9, 6. μετὰ δὲ τὸ Ἀράτου ἡρῷόν ἐστι μὲν Ποσειδῶνι Ἰσθμίῳ βωμός, ἔστι δὲ κτλ.

Paus. II 12, 2. καταβᾶσι δὲ ἐς τὸν Σικυωνίων καλούμενον λιμένα καὶ τραπεῖσιν ἐπ' Ἀριστοναύτας, τὸ ἐπίνειον τὸ Ἑλληνέων, ἔστιν ὀλίγον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν ἐν ἀριστερᾷ Ποσειδῶνος ἱερόν·

Aelius Aristides, sophistes ille clarissimus, quid suæ ætatis homines de cultu, quo antiquitus in Isthmo fruebatur Neptunus, senserint, his verbis aperit: καθάπαξ μὲν γὰρ εἰ δεῖ μὴ κατασμικρύνειν τὸν λόγον, πᾶσαι μὲν ἀκταί, πάντες δὲ λιμένες καὶ πάντα μέρη τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης ἱερὰ Ποσειδῶνος καὶ ἀναθήματα καὶ ἀγάλματα καὶ τεμένη καὶ νεώ. οὐ μὴν οὕτω γε φίλον οὐδὲν οὐδὲ ἀγαπητὸν αὐτῷ οὔτε τίμιον, ὡς ὁ Ἰσθμοῖ οὗτος καὶ ὅδε ὁ χῶρος. καὶ τοῦτ' ἐγὼ καὶ ἀρχεῖα Ποσειδῶνος καλῶ καὶ βασιλείαν καὶ αὐλήν, ὥσπερ Ὅμηρος τὴν

Διὸς αὐλὴν ὠνόμασε, καὶ ὁρμητήριον[1]: neque alii scriptores quidquam de his tantis laudibus Isthmi detraxerunt. In primis celebritate ludorum, qui in vicinitate templi agebantur, quod prope Schoenuntem oppidulum situm habebat Neptunus, cultus dei in Isthmo floruit. His ludis, quibus nomen erat Isthmia, et aliis sacris, quæ una cum ludis fiebant, per omne fere tempus præerant Corinthii, ob eamque rem aptissimum mihi visum est prius de iis verba facere; postea alia, quæ in ipsa urbe ad cultum eius dei spectabant, percensebo.

Totus Isthmus Neptuni sacer putabatur. Pausanias narrat Neptunum cum Sole in certamen venisse, uter terram Corinthiam possessurus esset, Briareo autem arbitro inter certantes convenisse, ut Sol Acrocorinthum, quæ vocata est, Isthmum Neptunus obtineret[2]. Constat igitur antiquissimis temporibus in Isthmo cultum esse Neptunum; ludi quoque illi, qui artissimo vinculo societatis cum cultu Isthmio coniuncti erant, iam pridem instituti fuisse videntur. Nam in magna dissensione, a quo et cuius in honorem hi ludi instituti essent, omnes summam vetustatem iis attribuerunt et deum vel heroem quendam conditorem nominaverunt. Plerique[3] tradiderunt Sisyphum a Nereidibus iussum in honorem Melicertæ, quem delphini ad litus Corinthium appulissent, hos ludos instituisse, et Theseum[4] ludos iam institutos post Sinin vel Scironem necatum in honorem Neptuni instaurasse; sunt[5] etiam, qui scribant Neptunum et

[1] Ael. Arist. Or. III p. 36 Dindorf.

[2] Eiusmodi certamina Neptunum inisse multis locis fama erat, velut Troezene (Paus. II 30, 6) et Athenis (Paus. I 24, 5) cum Minerva, Argis cum Iunone (Paus. II 15, 5), in insula Naxo cum Baccho (Plut. Quæst. conv. IX p. 741 A); aliis locis cum aliis (Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 581) certaverat. Quin et Delphis, quos Apollini concesserat Neptunus, nomine Ἀμοιβεύς colebatur (Schol. Lycophr. Alex. 617). Animadvertendum est Neptunum plerumque in his certaminibus devictum fictum esse.

[3] Cfr Schol. Pind. Isthm. Arg.

[4] Schol. Pind. Isthm. Arg. B; Plut. Thes. 25.

[5] Pseud.-Dion. Chrysost. Or. XXXVII 14 Emperius.

Solem una ludos illos a principio constituisse [1]. Omnes igitur senserunt Neptunum aut ipsum aut per quendam familiæ suæ, ut ita dicam, ludos Isthmios constituisse, atque certo scimus ludos et sacrificium per omne tempus, quod antiquis scriptoribus ducibus perlustrare possumus, Neptuno in primis dedicata fuisse. Causa, cur tam dissimilia de ludis conditis prodita sint, mihi videtur ea esse, quod cum cultu veteris numinis, quod antea coluerant incolæ Isthmi, cultus Neptuni coniungebatur, quod numen etiam recentiore ætate quamquam sacris Neptuni pæne obscuratum divino honore cultum est [2]. Sacrificium, quod in Isthmiis celebrandis fiebat, ante ludos perpetrabatur [3] et ab origine piaculare fuisse videtur, quæ res ostendit sicut alios ludos maiores ita Isthmia acta esse in memoriam facinoris, quod quamvis gratum hominibus eum, qui admisisset, inquinasse crederetur [4].

Ludi, qui tertio quoque anno celebrabantur, ætate certe imperatorum Romanorum, cum summa celebritate fruebantur, et musici et gymnici et equestres erant; certamen navium quoque antiquioribus temporibus fieri solitum esse apud quosdam scriptum invenio [5]. Præmium victoriæ coronam apiaceam vel pineam [6] et palmam victorem accipere mos erat. Omnes Græciæ civitates Eleis exceptis [7] summo studio Isthmiis intererant. Præcipuo iure legati Atheniensium in ludis celebrandis utebantur, quibus Corinthii, Theseo auc-

---

[1] Alia quoque fama tradita erat; qua de re conferas velim ea, quæ infra in capite, quod de Melicerta est, afferuntur.

[2] Schol. Apoll. Rh. III 1240 Μουσαῖος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων δύο φησὶ γίνεσθαι ἀγῶνας ἐν Ἰσθμῷ, καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶνος, τὸν δὲ Μελικέρτου.

[3] Xen. Hell. IV 5, 1—2.

[4] Memorabile est, quod secundum fabulas, quæ de Isthmiis a Theseo instauratis narratæ sunt, filii Neptuni alius alium necasse credebantur.

[5] Pseud.-Dion. Chrysost. Or. XXXVII 15 Emperius; Cfr Apollod. Bibl. I 144 Wagner et Herod. VIII 121.

[6] Plut. Quæst. conviv. V 3, p. 676 E. Cfr Timol. 26.

[7] Paus. V 2: II 15, 1.

tore ut ferebatur, concesserant, ut prima subsellia theatri in ludis spectandis obtinerent[1].

In templo et sæpto sacro Neptuni Isthmii, quem Ἵππιον vocat Himerius, alia numina complura colebantur. Artissime cum Neptuno coniuncta erat Amphitrite. Statuæ eius et in antica parte templi Neptuni una cum signis dei ipsius Marisque et in quadriga illa, quam in ipso templo dedicaverat Herodes Atticus, simul cum Neptuni et Palæmonis signis positæ erant. Quæ cum ita sint, mihi dubium non esse videtur, quin in Isthmo Amphitrite una cum Neptuno re vera culta fuerit; fortasse etiam Corinthi in ipsa urbe Amphitrite cultum habebat[2], quod ex eo probabile fit, quod nonnullæ testarum illarum, de quibus supra mentionem feci, nomina Neptuni et Amphitrites incisa vel picta habent. Una cum Neptuno et Musis invocata est Amphitrite in convivio, quod Lechæi iuxta templum Veneris instruxerat Periander[3]. Præterea haud multum in cultu eminebat Amphitrite, neque usquam, quantum equidem compertum habeo, a Neptuno, cuius uxor esse credebatur, seiuncta divino cultu honorata est. Una hæc numina in insulis Lesbo, Teno, Mycono, Syro[4] colebantur, id est in locis, ubi maximi momenti erant res maritimæ.

Ut iam supra monui, Melicertes-Palæmon intimam rationem cum Neptuno habebat; duo enim delubra intra sæptum Neptuni sacrum ei deo dedicata erant, quorum unum templum erat, alterum sepulcrum eius esse credebatur. In hoc templo statuæ Neptuni Leucotheæ Palæmonis positæ erant; quæ numina etiam in urbe coniuncta reperiuntur. Et in quadriga illa Herodis Melicertes in delphino stans effictus erat.

In basi, in qua positas erat statua Neptuni Isthmii,

---

[1] Pluth. Thes. 25.

[2] Cfr P. Kretschmer, Die griech. Vaseninschr. p. 27. Cfr Plut. VII Sap. conv. 21 p. 164 D.

[3] Plut. VII Sap. conv. 21 p. 164 D. Cfr v. Wilamowitz Herm. XXV 225.

[4] Stoll, Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Mythol. I p. 320.

cælata erant cum alia numina permulta tum Castor et Pollux. Quamquam minimum quidem, cum de cultu deorum agitur, signis artificum, nisi aperte ad deos colendos spectant, tribuendum est, tamen Pausania [1] teste certa erat causa, cur hi dei ipsi in dono Neptuno dedicato ficti essent: credebantur enim navium nautarumque patroni esse. Veri simile est Pausaniam hic suas ipsius vel suæ ætatis opiniones tradidisse, sed Tyndaridas iam pridem in Isthmo et Corinthi notos fuisse vel ex eo apparet, quod imagines eorum in arca Cypseli inerant [2]. Sed de hac re alio loco.

Etiam Cyclopes in cultu Isthmio cum Neptuno coniungebantur. Namque Pausanias narrat perveterem locum sacrum intra sæptum Neptuni fuisse, ubi Cyclopibus sacrificare mos esset; quæ societas religionum aptissima videtur, si recordamur iam antiquissimas fabulas Cyclopes filios Neptuni nominasse.

Alterum quoque templum Neptuni haud ita fama celebratum in ea parte Isthmi, quæ ad occidentem spectat, positum fuisse Xenophon refert.

Quantum e descriptione Pausaniæ colligi licet, nullum templum in ipsa urbe Neptunus habebat; tamen aliunde satis arcessere possumus causæ, cur credamus rem se aliter habuisse. Primum enim magno numero testarum illarum, quas sæpe commemoravi, probabile fit templum fuisse, ubi dona, quorum hæ reliquiæ sunt, deo dedicata erant; tum scholiasta Pindari nominatim dicit Corinthum non solum προπύλαιον sed etiam οἰκητήριον dei fuisse, quæ verba vix intelligi possunt, nisi templum in ipsa urbe habuisse deum credimus. Utcumque hæc res se habet, satis constat statuas Neptuni complures ætate Pausaniæ in urbe fuisse, quarum una in foro prope templum Fortunæ posita erat; sub pedibus eius statuæ per delphinum, quod animal sicut equus et taurus Neptuni sacrum erat, aqua fontis profluebat. In balneis, quas ædificaverat Eurycles, statuæ Neptuni et Dianæ una

[1] II 1, 9.

[2] Paus. V 19, 2.

positae erant; etiam Lacedaemone [1], Caphyis [2], Phenei [3], Hermionae [4], Eleusine [5] haec duo numina coniuncta reperimus.

Neptunum Δαμαῖον quoque colebant Corinthii, ut Pindarus docet. Apparet eundem fuisse hunc Neptunum ac Neptunum Ἵππιον: utrumque cognomen ad rationem, quam cum Neptuno habere equi credebantur, ita spectabat, ut hoc equos omnino dei sacros fuisse illud vim dei equos domandi in primis significaret.

In portibus Corinthi, quibus nomina erant Lechaeum et Cenchreae, Neptunus colebatur; ipsa nomina portuum ex nominibus filiorum Neptuni et Pirenes ducta erant. — Lechaei templum et statuam aeneam Neptunus habebat, quae in nummis saepenumero incisa inveniuntur. Alium deum templum Lechaei habuisse compertum non habemus; quare veri simillimum mihi videtur ad templum Neptuni spectare verba Hesychii: Λέ[ὸ]χαιον· ἐπίνειον Κορινθίοις. εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀπεδίδρασκον οἱ οἰκέται. Si res se ita habet, templum Neptuni Lechaei sicut Taenari [6], in monte Caphareo [7], in insulis Calauria [8] et Samothracia [9] asylum [10] erat.

Cenchreis in mole ipsa statua Neptuni intra templa Veneris et Aesculapii Isidisque posita erat, ad quam nautae in portum intrantes cursum navium dirigere solebant. Haec quoque statua saepenumero in nummis invenitur.

---

[1] Paus. III 14, 2.

[2] Paus. VIII 23, 3.

[3] Paus. VIII 14, 4.

[4] Paus. II 35, 1.

[5] Paus. I 38, 6.

[6] Paus. IV 24, 5: Thuc. I 133.

[7] Philostr. mai. Imag. II 13.

[8] Strabo VIII 373.

[9] Diod. Sic. III 55.

[10] Quae cum ita sint, nulla emendatione eget lectio codicum ad Callim. Hymn. IV 271, ubi v. Wilamowitz Hemsterhusium secutus codicum Λεχαίῳ in Λεχαίου commutavit, quasi Neptunus κρείων Λέχαιος nominari non posset. Immo vero, cum hoc templum deusque, cuius sacrum erat, persaepe in ore hominum, in primis servorum, quorum magnus erat numerus Corinthi, versarentur, perfacile fieri poterat, ut mos deum e loco nominandi oreretur. Cfr O. Schneider, Callimachea I p. 319 sq.

Cultus Neptuni, qui apud Sicyonios institutus erat, vix nobilior fuerit: omnia fere circa Isthmum, quæ ad Neptunum colendum pertinebant, cultus Isthmius obscuravit. Erant tamen loca nonnulla apud Sicyonios quoque eius dei sacra, velut in ipsa urbe ara Neptuno Ἰσθμίῳ dedicata erat et extra urbem prope portum templum habebat Neptunus. Per omne tempus, quo diruta permanebat Corinthus, Sicyonii sacris Isthmiis præerant, ut auctor est Pausanias.

Phliasios cultum Neptuni in urbe sua celebrasse nec ex monumentis nec ex auctoribus compertum habemus; sed veri simillimum est hunc deum, quem omnes circa populi colebant, ibi quoque honore cultus fruitum esse.

Minerva.

Corinthi:

Paus. II 4, 1. τοῦ μνήματος δέ ἐστιν οὐ πόρρω Χαλινίτιδος Ἀθηνᾶς ἱερόν· Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασί, καὶ ὡς τὸν Πήγασόν οἱ παραδοίη χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτῇ τῷ ἵππῳ χαλινόν. τὸ δὲ ἄγαλμά οἱ τοῦτο ξόανόν ἐστι, πρόσωπον δὲ καὶ χεῖρες καὶ ἄκροι πόδες εἰσὶ λευκοῦ λίθου. Cfr 4, 5.

Pind. Ol. XIII v. 76 sq.

ἐνοπνίῳ δ' ᾇ τάχιστα πιθέσθαι
κελήσατό νιν, ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
κραταίποδ' αὐερύῃ Γαιάοχῳ,
θέμεν Ἱππίᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.

Pind. Ol. XIII 39. Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις·

Schol. Pind. Ol. XIII 56. Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις· ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Κορίνθῳ, ἐν ᾗ καὶ ὁ ἀγὼν τελεῖται ὁ καλούμενος λαμπαδοδρομικός, ἐν ᾧ ἔτρεχον νεανίαι λαμπάδας κρατοῦντες κτλ. Cfr Seleucus ap. Athen. XV 678 a.

Etym. Magn. ΕΛΛΩΤΙΣ: Ἀθηνᾶ οὕτω καλουμένη ἐτιμᾶτο ἐν Κορίνθῳ· καὶ ἑορτὴ ΕΛΛΩΤΙΑ. Εἴρηται δὲ Ἑλλωτὶς ἡ θεός, ὅτι Βελλεροφόντης τὸν Πήγασον ἵππον ἑλὼν καθ' ὑποθήκην καὶ συμμαχίαν τῆς Ἀθηνᾶς ἐχαλίνωσε. παὶ ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὸν ἵππον Ἑλλωτίαν προσηγόρευσεν αὐτήν, καὶ ἱερὸν αὐτῇ ἱδρύσατο· καὶ τὰ ΕΛΛΩΤΙΑ, ἑορτή· Ἢ ἀπὸ τοῦ πρὸς Μαραθῶνα ἕλους, ἐν ᾧ ἵδρυται. Πίνδαρος ἐπινικίῳ Ξενοφῶντος.

Paus. II 3, 1. ἐν μέσῳ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν Ἀθηνᾶ χαλκῆ· τῷ βάθρῳ δὲ αὐτῆς ἐστι Μουσῶν ἀγάλματα ἐπειργασμένα.

Lycophr. Alex. v. 657 sq.

ἕνα φθαρέντων ἄγγελον λιπὼν φίλων
δελφινόσημον κλῶπα Φοινίκης θεᾶς.

Schol. Lycophr. Alex. 658. Φοινίκῃ δὲ ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Κορίνθῳ τιμᾶται κτλ.

Roehl, I. G. A. 20, 4 Ἀθαναεία
20, 56 Ἀθ(α)να- Κο-
20, 57[a] Ποτ[ειδάν] [b] (in latere postico)
Ἀθ[αναίᾳ]
20, 58 Ἀθ[αναι-]. Cfr Collitz-Bechtel, Samml. d. griech. Dial.-Inschr. No. 3119.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 49 sq. (500—431) Head of Pallas. Head[1] censet hanc imaginem capitis esse Minervæ Χαλινίτιδος. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 113 sq. (431—400); 123 sq. (400—338); 247 sq. (338—300); 369 (350—338) Head of Pallas. Cfr Mionniet II 166, 131. "Pars antica exhibet caput Palladis, pone quod sunt sigilla infinite varia, deorum, dearum (deæ ipsius[2]) hominum, animalium, artefactorum, aut cuiuscumque rei ex quocunque naturæ regno petitæ. Pars aversa suum perpetuo habet Pegasum volantem"[3]. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 525 (Tiberius). Pallas advancing r., holding thunderbolt and shield (Paus. II 3, 1). Mionnet II 187, 291 (Sept. Sev.) Pallas debout devant un autel, tenant dans la main droite une petite Victoire, et dans la gauche la haste, à ses pieds, un bouclier. Cfr 188, 296 et Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 667.

[1] Historia Numorum p. 336. Cfr Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 598 et The Journ. of hell. stud. VIII 50.

[2] Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 309 sq.

[3] Eckhel, Doctrina Numorum veterum II 244.

Sicyone:

Paus. II 11, 1. ἐντεῦθεν δὲ ἀποτραπείσιν ἐπὶ πόλιν καλουμένην Ἱεράν, οὐ πόρρω τῆς πόλης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἔπωπεύς ποτε ἀνέθηκε μεγέθει καὶ κόσμῳ τοὺς τότε ὑπερβεβλημένον. ἔδει δὲ ἄρα χρόνῳ καὶ τοῦδε ἀφανισθῆναι τὴν μνήμην· κεραυνοῖς θεὸς αὐτὸν *** [1]. βωμὸς δὲ ἐκεῖνος, οὐ γάρ τι ἐς αὐτὸν κατέσκηψε, μένει καὶ ἐς τόδε οἷον Ἔπωπεὺς ἐποίησε. Cfr Paus. II 5, 6; Hygin. fab. 88; Paus. II 6, 3.

Athen. III 72, b. ἔστι δ'ἐν Σικυῶνι Κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.

Paus. II 12, 1 (Titanae) ἐν δὲ Τιτάνῃ καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν, ἐς ὃ τὴν Κορωνίδα ἀνάγουσιν· ἐν δὲ αὐτῷ ξόανον Ἀθηνᾶς ἐστιν ἀρχαῖον· κεραυνωθῆναι δὲ καὶ τοῦτο ἔλεγετο. Cfr c. 11, 7.

Nummi: Mionnet Suppl. IV 170, 1130 (Caracalla). Pallas debout, tenant de la main droite une lance, et de la gauche un bouclier.

Cultus Minervæ, qui apud Corinthios et Sicyonios institutus erat — eam deam Phliasios quoque coluisse testimoniis ex auctoribus titulis nummis repititis demonstrare non possum, quamvis veri simile sit rem se ita habuisse — nec multitudine nec varietate cognominum insignis erat. Duæ omnino Minervæ, ut ita dicam, Corinthi ad celebritatem maiorem pervenerunt: Χαλινῖτις et Ἑλλωτίς. Χαλινῖτιν vocatam esse Minervam a Corinthiis, quod præter ceteros deos Bellerophonti Pegasum domanti opem tulisset, Pausanias docet. Eadem erat igitur hæc dea atque Minerva Ἱππία, cui Bellerophontes Pegaso frenato aram dedicare Pindaro teste iussus est [2]. Ita cognominata Minerva cultum habebat Athenis

[1] Plerique lacunam verbo κατέκαυσε expleverunt.

[2] Morem in ara Minervæ incubandi significare videntur verba Pindari Ol. XIII 72 sq.

(Coloni)[1], Acharnis[2], Olympiæ[3], Manthyriæ[4], Cyrenis[5], quo cognomine ratio, quam intimam cum Neptuno hæc dea habebat, significabatur. Ut scimus Neptunum Ἵππιον et Minervam Ἱππίαν una divino honore fruitos esse Athenis[1], ubi in primis societatis vinculum, quod inter hæc duo numina usque ab antiquissimis temporibus fuerat, in cultu cerni poterat; alia loca permulta, ubi communi cultu honorabantur hæc numina, summa diligentia enumeravit Wide[6], qui mea quidem opinione recte monuit hanc societatem fictam esse tempore, quo Dores nondum in Peloponnesum pervenissent. Etiam magnus numerus nummorum, qui usque ab initio quinti sæculi a. Chr. n. excusi in altera parte Pegasum, filium Neptuni, quem in locum patris substitutum esse inter omnes constat, in altera parte caput Minervæ habent[7], firmissimum afferri potest, cur credendum sit Minervam et Neptunum iam antiquissimis temporibus coniunctos fuisse apud Corinthios[8].

Ad huius deæ cultum pertinisse festum Corinthium[9], cui nomen erat Ἑλλώτια, multi[10] crediderunt. Qui hanc sententiam amplexi sunt, id est qui Minervam Χαλινῖτιν

---

[1] Paus. I 30, 4.

[2] Paus. I 31, 6.

[3] Paus. V 15, 6.

[4] Paus. VIII, 47, 1.

[5] Schol. Pind. Pyth. IV 1.

[6] Lakonische Kulte p. 37 sq.

[7] Hi nummi ex Pegaso πῶλοι appellati sunt. Pollux IX 76.

[8] Roscher, Lexikon d. griech. u. römisch Mythologie I 680 Minervam Δαμάσιππον Corinthi cultam esse contendit; quæ res mihi valde incerta videtur. Etenim locus, quem ex Schol. Arist. Nub. 967 ad suam comprobandam opinionem ascribit, specimen tantum ingenii poetæ ad cognomina deæ excogitanda sollertis ostendit.

[9] Ἑλλώτια (Hes. Ἐλλώτια) nomen inditum erat sollemni quoque, quod in honorem Europæ, quæ vocata erat Ἑλλωτίς (Seleucus l. l.) vel Ἑλλωτία (Etym. Magn.), agebant Cretenses. Etiam corona myrtea, quæ in hoc festo celebrando in pompa ferebatur, Ἑλλωτίς (ἑλλωτίς Hes.) appellabatur.

[10] H. A. Fischer, Bellerophon p. 22. Cfr K. O. Müller, Pallas Athene § 31 (Allgemeine Encyklopädie d. Wissenschaften u. Künste III 10 p. 92).

eandem fuisse ac Minervam Ἑλλωτίδα censent, iis maxime verbis nixi sunt, quae apud scholiastam Pindari[1] scripta inveniuntur: τυχεῖν δὲ αὐτὴν ταύτης τῆς προσηγορίας Κορίνθιοι μὲν λέγουσιν ἑλοῦσαν καὶ χαλινώσασαν παρ' αὐτοῖς τὸν Πήγασον. Cui adnotationi scholiastae haud ita multum tribuendum est; perspicuum enim est hoc inventum esse tempore, quo obliti iam erant homines, qua de causa Ἑλλώτια agerentur. Eadem recte dici possunt de iis quoque, quae paulo infra in scholiis leguntur: οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἕλους τοῦ περὶ Μαραθῶνα, ἐν ᾧ ἵδρυται (cfr Etym. Magn.), quamquam haec verba maioris momenti sunt, quia ostendunt societatem quandam religionis inter Corinthum et Marathonem[2] intercessisse. Alia quoque vel potius aliae interpretationes in scholiis sunt, unde nostra refert tantum rettulisse Ἑλλώτια instituta esse tum, cum Dores in urbem Corinthiorum invadebant. Apparet igitur ne interpretem quidem antiquum quidquam certo cognitum de origine huius sollemnis habuisse. De ritibus sacris quoque, qui in hoc festo observabantur, exigua sane nobis tradita sunt: interpres Pindari narrat iuvenes faces accensas manibus praeferentes cursu, cui nomen esset λαμπαδοδρομικὸς ἀγών, certasse, quae res ad similitudinem maximam accedebat eorum, quae apud Athenienses in Panathenaicis aliisque festis celebrandis fiebant[3]. Itaque reputans et similia huic agoni λαμπαδοδρομικῷ Athenis quoque[4] fieri solita esse et Minervam Ἑλλωτίδα Marathone, in oppidulo Attico, cultum habuisse nullo modo assentiri possum Wilischio, qui censet Minervam illam Phoeniciae originis fuisse[5] eandemque habendam esse ac deam Φοινίκην, cuius mentionem facit

[1] Ol. XIII 56. Cfr Etym. Magn. Ἑλλωτίς.

[2] Alia, quae olim communia habebat Marathon (τὰ παραθαλάσσια τῆς Ἀττικῆς) cum Corintho et Sicyone Pausanias II 1, 1 (cfr 6, 5) Eumelum auctorem laudans commemorat.

[3] Talis cursus, qui λαμπαδηδρομία appellata erat, in honorem Minervae, Promethei, Volcani (Schol. Soph. Oed. Col. 56), postea Panis (Herod. VI 105) Dianaeque quoque (cfr Plat. Rep. 328 A) agebatur.

[4] Cfr etiam Hesych. v. Ἰλίεια· ἑορτὴ ἐν [Ἀθήναις. ἐν] Ἰλίῳ Ἀθηνᾶς Ἰλιάδος καὶ πομπὴ καὶ ἀγών.

[5] N. Jahrb. für class. Philol. u. Paed. CXVII (1878) 734.

Lycophron. Si veram vim verborum scholiastæ Pindari excutere volumus, apparet hoc festum egisse Corinthios ad deæ placandam iram scelere nefando commotam; equidem crediderim Minervam Ἑλλωτίδα deam fuisse communem Corinthiis cum Atheniensibus eandemque Corinthi sicut etiam Athenis propius cum Volcano quam cum Neptuno coniunctam fuisse.

Quod ad Φοινίκην Minervam attinet, minime quidem hoc cognomen originem Phoeniciam eius deæ significat; contra proxime cohærere mihi videtur cum nomine montis cuiusdam intra fines Corinthiorum siti, cui nomen erat Φοινίκαιον[1], de quo Stephanus Byzantius: Φοινίκαιον, ὄρος Κορίνθου. Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Φοινικαῖος. Iam multis annis ante K. O. Müller[2] recte monuit nomen Φοῖνιξ Sidoniis propter vestem purpuream, id est splendore fulgentem, qua utebantur, a Græcis inditum esse; nuper J. Beloch[3] docuit hoc nomen principio additum esse deo cuidam lucis, cuius cultus diu apud Cretenses[4] permanebat, postea autem, cum iam oblivione obrutus esset hic deus, cognomen herois eponymi gentis Sidoniæ factum esse. Quæ cum ita sint, Minerva mihi videtur nomen Φοινίκη eodem modo accepisse, quo Apollo Λύκιος vel Κύννειος appellatus est.

[1] Alia loca, quibus nomina ab eadem stirpe ducta indita sunt, E. Meyer (Gesch. d. Alterthums II 147) enumeravit.

[2] Orchomenos u. die Minyer[2] p. 112.

[3] Rhein. Mus. XLIX 111 sq.

[4] Cauer, Delect.[2] 121. Etiam nomen Φοινικοῦν, quod iudicio Atheniensi indebatur, ad illum deum spectasse mihi videtur.

Plerumque Φοῖνιξ, Φοινικίς, Φοινικοῦς cetera nomina eiusmodi certissima afferri solent, cur credendum sit Phoenicios in locis, quibus talia nomina addita erant, colonias constitutas habuisse. Sed ut omittamus, quod hæc omnia verba a stirpe Græca ducta sunt, quod deum Φοίνικα in iureiurando implorabant Cretenses, quod coloniæ Phoeniciæ, quæ dicuntur, nulla alia re quam nominibus aliquot nobis cognita sunt, non video, quomodo mons, qui longe abest a mari (Strabo IX 410), quomodo rivuli complures, quorum ostia vix aptiora ad emporia condenda videntur, quomodo iudicium Atheniense (Paus. I 28, 8) nomina accipere potuerint a populo, qui ad externas gentes navigans id in primis ageret, ut quam maximum quæstum ex mercibus suis sibi compararet.

Corinthi in foro statuam Minervæ fuisse, cuius in basi insculptæ essent Musæ, apud Pausaniam scriptum invenimus. Quæ coniunctio, quamvis apta nobis videatur ad naturam et Minervæ, ingenii facultatum tutricis, et Musarum, omnium artium humanarum custodum, Corinthi tantum et Tegeæ[1] antiquioribus temporibus invenitur.

Testarum illarum[2] Corinthiarum, quarum maxima pars nomen Neptuni insculptum habet, nonnullæ etiam nomine Minervæ signatæ sunt.

Sicyone templum et magnitudine et divitiis insigne ab Epopeo Minervæ dedicatum esse apud Pausaniam est; ex hoc templo nihil præter aram ætate auctoris nostri restabat. Quod cognomen huic Minervæ additum fuerit, traditum non habemus, sed mihi veri simillimum videtur nomen Πολιάς vel Πολιοῦχος hic sicut aliis locis, ubi templa in arcibus posita habebat[3], ei inditum fuisse.

Aliam Minervam, cui nomen erat Κολοκασία. Sicyonii colebant; quod cognomen ductum esse e nomine herbæ esculentæ, quæ κολοκασία vel κολοκάσιον appellabatur, Athenæus docet.

Etiam Titanæ, in vico Sicyonio, colebatur Minerva; templum ibi in colle (in arce) positum et ligneam statuam perveterem de coelo tactam deam habuisse Pausanias narrat. Hic cultus Minervæ eo memorabilis est, quod rationem intimam habebat cum cultu Aesculapii, qui Titanæ simul cum comitibus suis summa religione colebatur; namque mos erat statuam Coronidis, cum sacra in templo propinquo Aesculapii fiebant, illinc in templum Minervæ transportare ibique honoribus suis ornare. Qua de causa hæc numina Titanæ coniuncta ficta sint, non liquet, neque alio loco[4] quidquam commune habent.

---

[1] Paus. VIII 47, 3.

[2] Cfr annotatio Roehlii I. G. A. 20.

[3] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 219 n. 3.

[4] Fortasse non casu factum est, quod Epidauri intra templum Aesculapii titulus Minervæ dedicatus repertus est. Cfr Wide, De sacris p. 19.

Apollo.

Corinthi:

Paus. II 2, 8. καὶ Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος χαλκοῦς ἐστι, καὶ ἄγαλμα Ἀφροδίτης Ἑρμογένους Κυθηρίου ποιήσαντος.

Paus. II 3, 3. ἔτι γε δὴ καὶ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα πρὸς τῇ Πειρήνῃ καὶ περίβολός ἐστιν.

Paus. II 3, 6. ἑτέραν δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἐρχομένοις ἔστιν ἰδεῖν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν Ἀπόλλωνος, καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω κρήνη καλουμένη Γλαύκης·

Herod. III 52. τέλος δὲ ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν ἢ οἴκοισι ὑποδέξηταί μιν ἢ προσδιαλεχθῇ, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἶπας.

Le Bas-Foucart 89. L. Hermidius Celsus et L. Rutilius .... (sacerdotes Apollinis) | Augusti et L. Hermidius Maximus et L. Hermidius | aedem et statuam Apollinis Augusti et tabernas dece(m) (= C. I. L. III 534). Cfr W. M. Leake, Peloponnesiaca p. 394 cum not.

Paus. II 5, 5. ἐκ Κορίνθου δὲ οὐκ ἐς μεσόγαιαν ἀλλὰ τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἰοῦσι ναὸς ἐμπεπρησμένος ἐστὶν οὐ πόρρω τῆς πόλεως, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς ὁδοῦ. γεγόνασι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι πόλεμοι περὶ τὴν Κορινθίαν, καὶ πῦρ ἐπέλαβεν. ὡς τὸ εἰκός, καὶ οἰκίας καὶ ἱερὰ τὰ ἔξω τείχους· ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν ναὸν Ἀπόλλωνος εἶναι λέγουσι, καὶ ὅτι Πύρρος κατακαύσειεν ὁ Ἀχιλλέως αὐτόν. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἥκουσα καὶ ἄλλο τοιόνδε, ὡς οἱ Κορίνθιοι Διὶ ποιήσαιντο Ὀλυμπίῳ τὸν ναόν, καὶ ὡς ἐξαίφνης πῦρ ποθεν ἐμπεσὸν διαφθείρειεν αὐτόν.

Plut. Arat. 40. ἐπὶ τούτοις ἐξουσίαν ἀνυπεύθυνον ὁ Ἄρατος λαβὼν τοὺς μὲν ἐν Σικυῶνι διεφθαρμένους ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἐν Κορίνθῳ πειρώμενος ἀναζητεῖν καὶ κολάζειν ἐξηγρίαινε τὸ πλῆθος ἤδη νοσοῦν καὶ βαρυνόμενον τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀχαιοῖς πολιτείαν. συνδραμόντες οὖν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν μετεπέμποντο τὸν Ἄρατον, ἀνελεῖν ἢ συλλαβεῖν πρὸ τῆς ἀποστάσεως ἐγνωκότες.

C. I. G. 1102. Ἀπόλλωνος Κοννεί[ου] — — — — ἀνέθη[κεν][1].

Hesych. v. Ζωτελιστής· Ἀπόλλων ἐν Κορίνθῳ.

Paus. X 13, 5. Κορίνθιοι δὲ οἱ Δωριεῖς ᾠκοδόμησαν θησαυρὸν καὶ οὗτοι· καὶ ὁ χρυσὸς ὁ ἐκ Λυδῶν ἀνέκειτο ἐνταῦθα. Cfr Herod. I 14; Plut. VII Sap. conviv. 21 p. 164 A; De Pyth. orac. 12 p. 399 F—400.

Paus. I 44, 10 (Prope saxa Scironia iuxta viam, quae ex Megaride in Isthmum ducebat) ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ καταβάσιν Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστι Λατῴου κτλ.

Paus. II 5, 4 (Teneae) ἑξήκοντα δὲ ἀπέχει μάλιστα στάδια ἡ καλουμένη Τενέα. οἱ δὲ ἄνθρωποί φασιν οἱ ταύτῃ Τρῶες εἶναι, αἰχμάλωτοι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκ Τενέδου γενόμενοι ἐνταῦθα Ἀγαμέμνονος δόντος οἰκῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο θεῶν μάλιστα Ἀπόλλωνα τιμῶσιν. Cfr Strab. VIII 380.

Nummi: Mionnet Suppl. IV 48, 315. Tête laurée d'Apollon, à gauche. Cfr 106, 721 sq.

Sicyone:

Paus. II 7, 7. Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀποκτείναντες Πύθωνα παρεγένοντο ἐς τὴν Αἰγιάλειαν καθαρσίων ἕνεκα. γενομένου δέ σφισι δείματος ἔνθα καὶ νῦν Φόβον ὀνομάζουσι τὸ χωρίον, οἱ μὲν ἐς Κρήτην παρὰ Καρμάνορα ἀπετράποντο, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐν τῇ Αἰγιαλείᾳ νόσος ἐπέλαβε· καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα ἱλάσασθαι καὶ Ἄρτεμιν. οἱ δὲ παῖδας ἑπτὰ καὶ ἴσας παρθένους ἐπὶ τὸν Σύθαν

[1] v. Wilamowitz hunc titulum hoc modo supplet: Ἀπόλλωνος Κοννει[ου .....]ς Ἐσ[σ]τια[ίου] ἀνέθη[κε]. Cfr I. Toepffer, Att. Geneal. p. 303 n. 1.

ποταμὸν ἀποστέλλουσιν ἱκετεύοντας· ὑπὸ τούτων δὲ πεισθέντας τοὺς θεοὺς φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἐλθεῖν. καὶ ὁ τόπος, ἔνθα πρῶτον ἀφίκοντο, Πειθοῦς ἐστιν ἱερόν. τούτοις δὲ ἐοικότα καὶ νῦν ἔτι ποιεῖται· καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν Σύθαν ἴασιν οἱ παῖδες τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀγαγόντες δὴ τοὺς θεοὺς ἐς τὸ τῆς Πειθοῦς ἱερὸν αὖθις ἀπάγειν ἐς τὸν ναόν φασι τοῦ Ἀπόλλωνος. ὁ δὲ ναός ἐστι μὲν ἐν τῇ νῦν ἀγορᾷ, τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς λέγουσιν αὐτὸν ὑπὸ Προίτου ποιηθῆναι· τὰς γάρ οἱ θυγατέρας ἐνταῦθα τῆς μανίας παύσασθαι. λέγουσι δὲ καὶ τάδε, ὡς Μελέαγρος ἐς τοῦτον τὸν ναὸν ἀνέθηκε τὴν λόγχην, ᾗ τὸν ὗν κατειργάσατο. καὶ αὐλοὺς ἀνατεθῆναί φασιν ἐνταῦθα τοὺς Μαρσύου· γενομένης γὰρ τῷ Σιληνῷ τῆς συμφορᾶς τὸν ποταμὸν τὸν Μαρσύαν κατενεγκεῖν αὐτοὺς ἐς τὸν Μαίανδρον, ἀναφανέντας δὲ ἐν τῷ Ἀσωπῷ καὶ κατὰ τὴν Σικυωνίαν ἐκπεσόντας ὑπὸ ποιμένος τοῦ εὑρόντος δοθῆναι τῷ Ἀπόλλωνι. τούτων τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν ἔτι ἐλείπετο· συγκατεκαύθη γὰρ ἐμπιπραμένῳ τῷ ναῷ. τὸν δὲ ἐπ' ἐμοῦ ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα Πυθοκλῆς ἀνέθηκεν.

Paus. II 9, 7. πλησίον δὲ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερὸν Λυκίου, κατερρυηκός τε ἤδη καὶ ἥκιστα θέας ἄξιον. φοιτώντων γὰρ λύκων σφίσιν ἐπὶ τὰς ποίμνας ὡς μηδένα εἶναι καρπὸν ἔτι ἀπ' αὐτῶν, ὁ θεὸς τόπον τινὰ εἰπών, ἔνθα ἕκειτο αὖον ξύλον, τούτου φλοιὸν ἔχρησε τοῦ ξύλου καὶ κρέας ὁμοῦ προθεῖναι τοῖς θηρίοις. καὶ τοὺς μὲν αὐτίκα, ὡς ἐγεύσαντο, διέφθειρεν ὁ φλοιός· τὸ ξύλον δὲ ἐκεῖνο ἔκειτο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Λυκίου, ὅ τι δὲ ἦν δένδρον, οὐδὲ οἱ τῶν Σικυωνίων ἐξηγηταὶ συνίεσαν.

Pind. Nem. IX v. 8 sq. ἀλλ' ἀνὰ μὲν βρομίαν φόρμιγγ', ἀνὰ δ' αὐλὸν ἐπ' αὐτὰν ὄρσομεν | ἱππίων ἀέθλων κορυφάν, ἅ τε Φοίβῳ θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀσωποῦ ῥεέθροις. Cfr v. 4 sq.

Schol. Pind. Nem. IX 20. ἅτε Φοίβῳ θῆκεν Ἄδραστος] ἅτινα, τὰ Πύθια φησι, Φοίβῳ ἔθηκεν Ἄδραστος, κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον· ἀνατίθησι γὰρ τὴν τῶν Πυθίων θέσιν ἐν Σικυῶνι Ἀδράστῳ, ποιητικὴν ἄγων ἄθεσιν, Κλεισθένους αὐτὰ διαθέντος, καθὰ δεδήλωται. Cfr Schol. Pind. Ol. XIII 155.

Paus. II 10, 2. ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ διπλοῦν ἐστιν οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καὶ οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρω δὲ Ἀπόλλωνι ἀνεῖται Καρνείῳ. καὶ ἐς αὐτὸ οὐκ ἔστι πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἔσοδος.

Paus. II 11, 1. Ἐπωπέα δὲ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι τὸ πλησίον ἱερὸν ποιῆσαι λέγουσι, τὸ δὲ μετ' αὐτὸ Ἥρας Ἄδραστον· ἀγάλματα δὲ ὑπελείπετο οὐδετέρῳ.

Paus. II 11, 2. τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς Ἥρας, ἣν ἱδρύσατο Ἄδραστος, ὀλίγον ἀπωτέρω Καρνείου ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος· κίονες δὲ ἑστήκασιν ἐν αὐτῷ μόνοι, τοίχους δὲ οὐκέτι οὐδὲ ὄροφον οὔτε ἐνταῦθα εὑρήσεις, οὔτε ἐν τῷ τῆς Προδρομίας Ἥρας.

Hesych. v. Τοξίου βουνός· τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Σικυῶνι. βέλτιον δὲ ἀκούειν τὴν ἐν Δελφοῖς Νάπην λεγομένην· ἐκεῖ γὰρ καὶ ὁ δράκων κατετοξεύθη. καὶ ὁ ὀμφαλὸς τῆς γῆς τάφος ἐστὶ τοῦ Πύθωνος.

Paus. X 11, 1. πλησίον δὲ τοῦ ἀναθήματος τοῦ Ταραντίνων Σικυωνίων ἐστὶ θησαυρός· χρήματα δὲ οὔτε ἐνταῦθα ἴδοις ἂν οὔτε ἐν ἄλλῳ τῶν θησαυρῶν.

Nummi: Head, Hist. num. 345 Apollo, kneeling on one knee, with bow and arrows (Before 400) Cfr Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 42, 77 sq.; 41, 62 (400—300) no inscr., type l.; below, head of Apollo l., laur; 41, 63 sq. (400—300) Σ type r.; below, Apollo kneeling r., shooting with bow; 43, 83 Apollo seated r., on rock, holds in l. hand lyre; cfr No. 84. 85; 49, 162 sq. (370—250); 54, 227 sq. (250—146). Mionnet II 201, 381 (Plautilla). Apollon debout en habit de femme, tenant une lyre. Cfr Suppl. IV 161, 1057 sq.; 166, 1099 sq.

Phliunte:

Paus. II 13, 7. ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀμφαλοῦ προελθοῦσι Διονύσου σφίσιν ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ ἄλλο Ἴσιδος. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου δῆλον πᾶσιν.

ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος· τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος τοῖς ἱερεῦσι θεάσασθαι μόνον ἔστι.

Nummi: The Journ. of hell. stud. VIII 55 Apollo naked, standing to right; bow in advanced left hand (Geta).

Multis locis cultus Apollinis apud Corinthios institutus erat. Præter cetera floruisse videtur templum, quod, ut auctor est Pausanias, Sicyonem versus e foro exeuntibus dextra situm erat; veri simile est hoc idem vel certe eodem loco positum fuisse ac templum, quod iam temporibus tyrannorum Corinthiorum exstitisse narrat Herodotus. Periander[1] enim filio minori natu iratus edicto sanxit, ne cuiquam illum domo sua recipere liceret; quod si quis fecisset, multam penderet, quæ sacra esset Apollinis[2]. Quæ res multum valuisse apud Corinthios his temporibus numen Apollinis indicat. Idem templum ætate Arati locum fuisse, quo ad deliberandum de republica Corinthii convenirent, Plutarchus docet. Postremo titulus, quem Spon et Wheler eo loco, ubi situm fuerat templum antiquum Apollinis, invenerunt, ostendit Apollinem, quippe quem postea cum Divo Augusto coniungerent, in honore præcipuo apud Corinthios fuisse.

Inter alia templa et statuas, quæ in honorem Apollinis Corinthi posita erant, primum statuam Apollinis Κλαρίου Pausanias commemorat. Hoc cognomen ductum esse ab oraculo claro et celebri Apollinis, quod prope Colophonem[3], urbem Ioniæ in primis opulentam, situm erat, apparet. Cultus eius dei extra fines Asiæ temporibus antiquissimis haud ita pervagatus fuisse videtur. Posteriore ætate compluribus locis hic deus colebatur, de qua re vide, quæ affert Wernicke[4].

Aliud templum et statuam prope fontem nobilem, cui nomen erat Pirene, Apollinem habuisse apud Pausaniam scriptum invenimus.

[1] Herod. III 52.

[2] Eiusmodi multæ, ἱεραὶ ζημίαι, diis solvendæ sæpenumero commemoratæ sunt. Cfr K. O. Müller, Die Dor. I 295; Pollux VIII 86.

[3] Cfr C. Schuchhardt Mittheil. des deutsch. archæol. Inst. Ath. Abth. XI 429.

[4] In Pauly-Wissow. Real-Encyclopäd. Apollon II 56.

Extra urbem parietinae templi igni consumpti aetate Pausaniae sitae erant. Duplex fama[1] de hoc templo erat: alii Apollini, alii Iovi Ὀλυμπίῳ dedicatum fuisse hoc templum contendebant[2].

Apollinem quoque Κόννειον colebant Corinthii, ut demonstrat titulus, quem supra attuli. Ad vim eius cognominis excutiendam commemorandum est apud Athenienses exstitisse gentem, cui nomen erat Κοννίδαι[3], quibus mandatum erat, ut sacra Apollini Κοννείῳ facerent. De ea gente in libro, qui inscribitur Attische Genealogie, disserens Iohannes Toepffer[4] recte monuit hoc cognomen nihil ad verbum κόων, κυ-

[1] Cfr W. Doerpfeld Mittheil. des deutsch. archæol. Inst. Ath. Abth. XI 307.

[2] Paucis ante annis ex Peloponneso in Museum Berolinense pervenit rana, in qua legitur titulus hic:

Ἄμων Σωνόου Βοάσονι.

Inter omnes, qui de hoc titulo disseruerunt, constat eum ex aliqua earum urbium, quarum sacra in hac commentatione attingo, advectum esse. Fränkel *, cui dubium non videtur, quin Corinthi litterae incisae sint, cum hac rana comparat ranas, quae in dono illo, quod Delphos** ad templum Apollinis misit Cypselus, inerant. Vinculum, quod ranas cum Apolline coniungebat, vis divina tempestatem praedicendi erat, quae in ranis*** sicut etiam in aliis animalibus quibusdam ob eam ipsam causam Apollinis sacris inesse credebatur. His praemissis Fränkel Βοάσων cognomen fuisse Apollinis eandemque vim habuisse ac βοὴν ἀγαθός † dicit, id est hoc cognomine vis futura praedicendi Apollinis significabatur; quae sententia mihi a veritate non abhorrere videtur ††.

[3] Hesych. v. Κοννίδαι· γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κοννίου Ἀπόλλωνος.

[4] Pag 303 sq. Quamquam E. Maass Hermes XXV 405 n. 2 causas, quas attulit Toepffer, magna ex parte refutavit, nihilo minus ratum

* M. Fränkel, Geweihter Frosch in Jahrb. d. deutsch. arch. Inst. I 48 sq. Cfr Collitz-Bechtel, Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften No. 3159.

** Corinthii et Sicyonii sicut alii Delphis in templo Apollinis thesauros aedificaverant, in quibus dona, quae dedicanda vel dedicata erant deo, deponerent. Inter alia, quae in thesauro Corinthiorum teste Plutarcho servabantur, donum erat Cypseli: palma aenea, cuius sub radicibus inter alia animalia celatae erant ranae. Plut. VII Sap. conv. 21 p. 164 A; De Pyth. or. 12 p. 399 F—400.

*** Hesych. v. μάντις· ὁ ἐν τοῖς κήποις βάτραχος. καὶ εἶδος ἀκρίδος.

† Fränkel o. l. p. 51. In comparationem vocari possunt verba haec, quae apud Euripiden Ion. v. 92 sq. scripta videmus: ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς, ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.

†† Aliter intelligit hoc cognomen Wernicke o. l. p. 11.

νός[1]. pertinere, heroa autem vel deum vetustioris generis, cui nomen esset Κύννης[2], et nomen et cultum, quo antiquitus fruitus esset in monte Hymetto, unde cultus Corinthum[3] introductus esset, Apollini subministrasse.

Cognomen Ζωτελιστής Apollini additum fuisse Corinthi apud Hesychium scriptum invenimus; nullo alio loco aut huic aut alii deo ulli hoc cognomen inditum est. Quod ad vim eius epitethi attinet, verum vidisse mihi videntur Pape et Benseler, qui in lexico suo quasi dubitantes "Heilbringer" interpretati sunt[4].

Teneæ quoque in vico Corinthio Apollo summa religione colebatur ita, ut sæpenumero nomen Τενεάτης ei inditum sit.

In vicinia Megaridis prope viam, quæ secundum mare Crommyonem Megaris ducebat, Apollo Λατῷος templum habebat.

Ex his omnibus apparet Apollinem apud Corinthios, si eum, quem nuper nominavi, exceperis, nullam fere rationem habuisse cum aliis deis.

Aliter res se Sicyone habebat. Nam primum ibi, si Pausaniam sequimur ducem, supplicationem quandam in honorem Apollinis et Dianæ institutam invenimus; tum templum ab Epopeo dedicatum Apollini commune erat cum Diana; deinde, ut iam supra vidimus, Apollo, Diana materque eorum "consortes custodes excelsæ Pythonis" vocantur. Alias necessitudines, quas cum singulis deorum Sicyone habebat Apollo, suo quamque loco tractabo; nunc mihi liceat de supplicatione illa Apollinis Dianæque communi verba facere. Veri

haberi possit iudicium Toepfferi, quantum quidem ad commercium spectat, quod canibus cum cultu Apollinis Κυννείου intercessisse sibi persuaserunt nonnulli.

[1] Cfr Welcker, Gr. Götterl. I 464; Preller-Robert, Gr. Myth. I 272 n. 1. Cfr etiam G. Kirchner, Attica et Peloponnesiaca p. 54.

[2] Phot. lex. v. Κύννειος· Ἀπόλλων Ἀθήνησιν οὕτως λεγόμενος, ὃν ἱδρύσατο Κύννης Ἀπόλλωνος καὶ Παρνηθίας νύμφης.

[3] Temni in urbe Aeoliæ hic deus colebatur, nisi spuria est lectio Polyb. XXXII 25, 12.

[4] K. O. Müller (Die Dor. I 249 n. 7) cognomen illud affert omni interpretatione prætermissa. Cfr Hesych. v. Ζωτεάτας· Ἀπόλλων ἐν Ἄργει, ἀπὸ τόπου.

simile mihi videtur Dianam a principio nullam fere rationem cum hoc sollemni habuisse. Quod ut credam in primis verbis Pausaniæ, qui in hac re solus auctor est, adducor. Ille enim talibus verbis in hac supplicatione describenda usus est, ut res a principio inter se non cohærentes confudisse vel iam ab aliis confusas tradidisse videatur. Nam primum narrat Apollinem et Dianam, cum simul Pythonem interfecissent — ubi cædes perpetrata sit, non dicitur — sceleris expiandi causa Sicyonem venisse, territos autem fugisse; postea Sicyonios peste graviter afflictos iussos esse utrumque deum placare. Hæc et alia talibus verbis usus Pausanias narrat, velut si communia fuerint Apollini cum Diana. Paulo infra post ritus sollemnes enarratos addit: τούτοις δὲ ἐοικότα καὶ νῦν ἔτι ποιεῖται· καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν Σύθαν ἴασιν οἱ παῖδες τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος κτλ.; pergens rursus de "diis" loquitur, quos retro in templum Apollinis agebant liberi, sed singula de templo persequens de æde Apollinis, non de templo Apollinis et Dianæ, loquitur. In fine capitis nominatim dicit: templum, quod nunc est, et statuam, non statuas, sicut eum verbis τούτοις δὲ ἐοικότα κτλ. præmissis scribere oportuit, Pythocles dedicavit. — Apparet ex iis, quæ iam attuli, Pausaniam in hac supplicatione describenda sibi non constare; alia sibi ipsa repugnantia in hac narratione inesse recte monuit T. Schreiber [1].

Inter omnes constat templum pervetus Apollinis Sicyone in foro situm fuisse; illud templum complures scriptores antiqui [2] commemorant, neque ullo loco de societate sacrorum Apollinis et Dianæ in hoc templo instituta quidquam est; immo vero vetustate templi probabile fit tale vinculum societatis non exstitisse. Alia quoque res ad hanc rem plane percipiendam permultum valet. Apud Hesychium scripta invenimus: Τοξίου βουνός· τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Σικυῶνι. βέλτιον

[1] T. Schreiber, Apollon Pythoktonos p. 44 sq.

[2] Pseud-Aristot. De mirab. ausc. LIX ὅθεν ὁ ἐν Σικυῶνι ἐστὶν ἀνδριὰς ἐν τῷ ἀρχαίῳ ναῷ τοῦ Ἀπόλλωνος. Cfr Ampel. Lib. mem. 8: Polybius (XVII 16, 1) et Livius (XXXII 40) agrum templi Apollinis sacrum commemorant.

δὲ ἀκούειν τὴν ἐν Δελφοῖς Νάπην[1] λεγομένην· ἐκεῖ γὰρ καὶ ὁ δράκων κατετοξεύθη. καὶ ὁ ὀμφαλὸς τῆς γῆς τάφος ἐστὶ τοῦ Πύθωνος.

His omnibus diligenter consideratis facere non possumus, quin credamus famam apud Sicyonios fuisse, qua traditum erat Pythonem Sicyone[2] necatum esse ab Apolline. Apparet deum ibi non minus quam Delphis cæde perpetrata sanguine nefando se respersisse; ad hoc scelus expiandum piaculares ritus instituti sunt, e quibus, ni fallor, hæc tota supplicatio initium duxit. Tenendum enim est Dianam a principio Sicyone nullam rationem habuisse cum Apolline; recentiore autem tempore, cum fabula Sicyonia fama et opibus templi Delphici crescentibus iam oblivione pæne obruta erat et magis in dies in primis poetis adnitentibus vulgatum erat Dianam cum Apolline coniungere, ea, quæ initio ad piaculum, quod sibi contraxerat Apollo cæde Pythonis, tollendum fiebant, ad Dianam quoque translata sunt. Paulatim fabula illa, quæ de terrore orto tradebatur, substituta est.

Ludos in honorem Apollinis Πυθίου apud Sicyonios celebratos esse constat, quos instituisse dicitur Adrastus. Etiamsi tantam vetustatem his ludis tribuere non possumus, certum videtur Πύθια, quæ vocata sunt, usque ab ætate Clisthenis Sicyone ordine certo atque instituto celebrata esse[3]. Mihi quidem veri simillimum videtur Πύθια illa et sollemne, cuius in locum substituta erant, Sicyone sicut etiam Delphis artissime coniuncta fuisse cum iis, quæ ad expiandum scelus, quod Pythone necato commissum erat, fiebant[4]. Cultus Apollinis Πυθίου per totam fere Græciam[5] propagatus erat.

[1] Cfr Schol. Pind. Pyth. I Πινδάρου Πύθια.

[2] Cfr K. O. Müller, Die Dor. I 328 n. 1. Aliis quoque locis idem de cæde Pythonis traditum est. Cfr Schreiber o. l. p. 39 sq.

[3] Cfr Schol. Nem. IX 2 et notam Boeckhii.

[4] Schreiber (o. l. p. 45) putat oraculum Apollinis Sicyone fuisse ea re, ut opinor, adductus, quod apud Pausaniam (II 7, 7) hæc verba scripta sunt: καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις κτλ. Sed quamquam probabile est rem se ita habuisse, nullo modo his verbis Pausaniæ efficitur responsum illud Sicyone editum esse.

[5] Preller-Robert, Gr. Myth. I 267 sq.

Apollinem Λύκιον cultum apud Sicyonios habuisse Pausanias docet. Idem cognomen Apollini multis aliis locis indebatur: apud Lacedæmonios compluribus locis [1], Argis [2], Epidauri [3], Megaris [4], Athenis [5] hic deus colebatur [6]. Dianæ [7] quoque et Iovi [8] hoc nomen addebatur. Quid significaverit illud nomen Λύκιος (Λύκειος, Λυκαῖος), mihi vix in dubio iam esse videtur. Pausanias censet cognomen Λύκιος cum verbo λύκος, lupus, cohærere, et idem significare ac λυκοκτόνος, quæ interpretatio iam apud Sophoclem (El. v. 6) invenitur; eum secuti sunt multi et docti viri [9] recentioris ætatis. Contra alii, quorum numerus [10] maior etiam est, contenderunt hoc cognomen ad stirpem "luk" (su. lysa) referendum esse. Nuper Hermann Usener in libro, qui inscribitur Götternamen, copiose de hac re disputans [11] ostendit hanc stirpem et in lingua Latina et in lingua Græca inesse ita, ut hæc forma correpta, illa forma producta plerumque utatur, et tum demum [12] lupicidam factum esse Apollinem Λύκειον, cum iam oblitteratum esset nomen Λύκος, quod originem ducebat a stirpe "luk", et id solum λύκος, in quo inesset vis "lupus", in lingua maneret. Itaque Apollo Λύκιος idem est atque Apollo lucidus.

Apollo Κάρνειος quoque a Sicyoniis colebatur; non minus duo templa eius dei a Pausania commemorata sunt,

---

[1] Wide, Lak. Kult. p. 70, 73, 93 sq.

[2] Paus. II 19, 3.

[3] Ἐφ. ἀρχ. 1883 p. 89. Cfr Wide, De sacris p. 20, 25.

[4] Roehl, I. G. A. 11.

[5] Paus. I 19, 3.

[6] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 252—255.

[7] Troezene Paus. II 31, 4.

[8] Cfr W. Immerwahr, Die Kulte u. Myth. Arkadiens p. 1—24.

[9] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 253 cum not. 4; H. D. Müller, Myth. d. griech. Stämme II 78 sq.

[10] Immerwahr, o. l. 16 n. 1.

[11] pag. 177—216. Conferas tamen velim ea, quæ nuper E. Maass (Deutsch. Litteraturzeit. 1896 No. 11 p. 330 sq.) contra sententiam, quam amplexus est Usener, attulit.

[12] p. 198.

quorum unum, quo ad rem divinam faciendam ætate Pausaniæ utebantur Sicyonii — intra sæptum templi Aesculapii situm commune erat Apollini cum Somno — etiamtunc intactum manebat, alterum iam vetustate collapsum erat. Haud ita sæpe commercium cultus inter Apollinem et Aesculapium invenitur [1], quamvis arte inter se in fabulis cohæreant hi dei. Troezene, Epidauri, in insula Rhodo, in insula Delo [2] Apollo et Aesculapius una cum Venere [3] colebantur. In libro sæpenumero a me laudato, qui inscribitur Lakonische Kulte, Wide, et quid senserint alii, et quid sentiat ipse de origine et vi huius cultus, copiose exposuit. Quæ cum ita sint, hic satis erit mihi ad eum locum [4] delegasse. Id solum mihi addendum est probabile videri Apollinem Κάρνειον in honore præcipuo apud Sicyonios fuisse; namque Eusebius [5] narrat sacerdotes eius dei per aliquod tempus rebus Sicyoniorum præfuisse.

Apud Plinium scriptum est Sicyonios fame, sterilitate, mærore urgentibus iussu Apollinis Πυθίου Dipoeno et Scylli aliquot simulacra deorum facienda locasse. "Fuere autem simulacra ea Apollinis Dianæ, Herculis Minervæ, quod e coelo postea tactum est" [6].

Apollo etiam apud Phliasios colebatur; templum et statuam ei deo dedicaverant prope locum, cui nomen erat Ὀμφαλός, quia in medio totius Peloponnesi situs esse credebatur.

---

[1] Gerhard, Gr. Myth. § 319. Cfr K. O. Müller, Die Dor. I 283. Cfr Thræmer in Rosch. Lex. d. gr. u. röm. Myth. I 624 et in Pauly-Wissow. Real-Encyclop. II 1655.

[2] Wide, Lak. Kult. p. 145.

[3] Mea quidem sententia e verbis Pausaniæ non elucet eandem rationem hæc tria numina secum habuisse etiam Sicyone. Cfr Wide l. l.

[4] p. 73 sq.

[5] Chron. I 176; II 56 Schoene.

[6] Plin. Hist. nat. XXXVI 10.

Diana.

Corinthi:

Paus. II 2, 3. (Iuxta viam, quæ ex Isthmo Cenchreas ducebat) ἔστι δὲ ἐν Λεχαίῳ μὲν Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν, τὴν δὲ ἐς Κεγχρέας ἰόντων ἐξ Ἰσθμοῦ ναὸς Ἀρτέμιδος καὶ ξόανον ἀρχαῖον.

C. I. G. 1104. (In Isthmo) Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Λικίνιος Πουβλίου υἱός, Λἰμιλία, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου, τὰς καταλύσεις τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παραγεινομένοις ἀθληταῖς κατεσκεύασεν. ὁ αὐτὸς καὶ τὸ Παλαιμόνιον σὺν τοῖς προσκοσμήμασιν καὶ τὸ ἐναγιστήριον καὶ τὴν ἱερὰν εἴσοδον καὶ τοὺς τῶν πατρίων θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περιβόλῳ καὶ προνάῳ, καὶ τοὺς ἐγκριτηρίους οἴκους, καὶ τοῦ Ἡλίου τὸν ναὸν καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἄγαλμα καὶ τὸν περίβολον, τόν τε περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δήμητρος καὶ Κόρης, καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος σὺν τοῖς ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν καὶ προσκοσμήμασιν καὶ προνάοις ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν, καὶ τοὺς ναοὺς τῆς Εὐετηρίας καὶ τῆς Κόρης καὶ τὸ Πλουτώνειον καὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ τὰ ἀναλήμματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος διαλελυμένα ἐπεσκεύασεν. ὁ αὐτὸς καὶ τὴν στοὰν τὴν πρὸς τῷ σταδίῳ σὺν τοῖς κεκαμαρωμένοις οἴκοις καὶ προσκοσμήμασιν ὑπὲρ ἀγορανομίας ἀνέθηκεν

Ὑπόσχεσις Π. Λικινίου Πρείσκου.
Ἐάν μοι πωλήσητε τῆς [καλ]ουμένης Ῥηγλια . . . .

Paus. II 2, 6. ἔστιν οὖν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἐνταῦθα γὰρ πλεῖστά ἐστι τῶν ἱερῶν, Ἄρτεμίς τε ἐπίκλησιν Ἐφεσία, καὶ Διονύσου ξόανα ἐπίχρυσα πλὴν τῶν προσώπων· τὰ δὲ πρόσωπα ἀλοιφῇ σφισιν ἐρυθρᾷ κεκόσμηται.

Paus. II 3, 5. Λουτρὰ δέ ἐστι μὲν πολλαχοῦ Κορινθίοις καὶ ἄλλα, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, τὸ δὲ βασιλέως Ἀδριανοῦ κατασκευάσαντος· τὸ δὲ ὀνομαστότατον αὐτῶν πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος. τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν ἀνὴρ Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις καὶ ὃν ἐν Κροκεαῖς χώρας τῆς Λακωνικῆς ὀρύσσουσιν. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς ἐσόδου Ποσειδῶν καὶ μετ' αὐτὸν Ἄρτεμις θηρεύουσα ἕστηκε. Κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν πεποίηνται πᾶσαν, ἅτε ἀφθόνου ῥέοντός σφισιν ὕδατος, καὶ ἡ δὴ βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐσήγαγεν ἐκ Στυμφήλου· θέας δὲ μάλιστα ἀξία ἡ παρὰ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι, καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου.

Xen. Hell. IV 4, 2. γνόντες δ' οἱ Ἀργεῖοι καὶ Ἀθηναῖοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ Κορινθίων οἵ τε τῶν παρὰ βασιλέως χρημάτων μετεσχηκότες καὶ οἱ τοῦ πολέμου αἰτιώτατοι γεγενημένοι, ὡς εἰ μὴ ἐκποδὼν ποιήσοιντο τοὺς ἐπὶ τὴν εἰρήνην τετραμμένους, κινδυνεύσει πάλιν ἡ πόλις λακωνίσαι, οὕτω δὴ σφαγὰς ἐπεχείρουν ποιεῖσθαι. καὶ πρῶτον μὲν τὸ πάντων ἀνοσιώτατον ἐβουλεύσαντο· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, κἂν νόμῳ τις καταγνωσθῇ, οὐκ ἀποκτιννύουσιν ἐν ἑορτῇ· ἐκεῖνοι δ' Εὐκλείων τὴν τελευταίαν προείλοντο, ὅτι πλείονας ἂν ᾤοντο λαβεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ ὥστε ἀποκτεῖναι.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 312 sq. (c:a 338—300). Head of Pallas l.; in field Δ I; to r., Artemis huntress standing r., shooting with bow (312); running l., holding long torch with both hands (315 sq.); No. 599 (Antonius Pius); Imhoof-Blumner et Gardner The Journal of hell. stud. VI 67 (tab. D LXIX) nummum temporibus Commodi signatum afferunt, cuius signum statuam illam (Paus. II 3, 5) Dianæ in balneis Euryclis positam imitari censent. Mionnet Suppl. IV 92, 626 (Marcus Aurelius). Diane d'Éphèse, debout; en

face, Vénus, également debout, tenant dans ses mains un miroir. Cfr The Journal of hell. stud. VI 68.

Sicyone:

Paus. II 7, 6. ἐκ δὲ τοῦ Διονυσίου βαδίζουσιν ἐς τὴν ἀγοράν ἐστι ναὸς Ἀρτέμιδος ἐν δεξιᾷ Λιμναίας. καὶ ὅτι μὲν κατερρύηκεν ὁ ὄροφος, δῆλά ἐστιν ἰδόντι· περὶ δὲ τοῦ ἀγάλματος οὔτε ὡς κομισθέντος ἑτέρωσε, οὔτε ὅντινα αὐτοῦ διεφθάρη τρόπον, εἰπεῖν ἔχουσιν.

Paus. II 9, 6. μετὰ δὲ τὸ Ἀράτου ἡρῷόν ἐστι μὲν Ποσειδῶνι Ἰσθμίῳ βωμός, ἔστι δὲ Ζεὺς Μειλίχιος καὶ Ἄρτεμις ὀνομαζομένη Πατρῴα, σὺν τέχνῃ πεποιημένα οὐδεμιᾷ· πυραμίδι δὲ ὁ Μειλίχιος, ἡ δὲ κίονί ἐστιν εἰκασμένη.

Paus. II 9, 6. τῆς δὲ ἀγορᾶς ἐστιν ἐν τῷ ὑπαίθρῳ Ζεὺς χαλκοῦς. τέχνη Λυσίππου, παρὰ δὲ αὐτὸν Ἄρτεμις ἐπίχρυσος.

Paus. II 10, 2. ἐς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐσιοῦσι καθ' ἑκάτερον τῆς ἐσόδου τῇ μὲν Πανὸς καθήμενον ἄγαλμά ἐστι, τῇ δὲ Ἄρτεμις ἕστηκεν.

Paus. II 10, 7. ἀπὸ τούτων δὲ ἀνιοῦσιν ἐς τὸ γυμνάσιόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Φεραίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος· κομισθῆναι δὲ τὸ ξόανον λέγουσιν ἐκ Φερῶν. τὸ δὲ σφισι γυμνάσιον τοῦτο Κλεινίας ᾠκοδόμησε, καὶ παιδεύουσιν ἐνταῦθα ἔτι τοὺς ἐφήβους. κεῖται δὲ λίθου λευκοῦ καὶ Ἄρτεμις, τὰ ἐς ἰξὺν μόνον εἰργασμένη, καὶ Ἡρακλῆς τὰ κάτω τοῖς Ἑρμαῖς τοῖς τετραγώνοις εἰκασμένος.

Clem. Alex. Protr. p. 42 Potter. ἐγενέσθην δὲ καὶ ἄλλῳ τινὲ δύω, Κρητικώ, οἶμαι, ἀνδριαντοποιώ· Σκύλης καὶ Δίποινος ὠνομαζέσθην· τούτω δὲ τὰ ἐν Ἄργει τοῖν Διοσκούροιν ἀγάλματα κατεσκευασάτην, καὶ τὸν ἐν Τίρυνθι Ἡρακλέους ἀνδριάντα καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ξόανον ἐν Σικυῶνι.

Paus. II 11, 1. Ἐπωπέα δὲ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι τὸ πλησίον ἱερὸν ποιῆσαι λέγουσι, τὸ δὲ μετ' αὐτὸ Ἥρας Ἄδραστον· ἀγάλματα δὲ ὑπελείπετο οὐδετέρῳ.

Pind. Nem. IX v. 4 sq. τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων ματέρι καὶ διδύμοις παίδεσσιν αὐδὰν μανύει | Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμοκλάροις ἐπόπταις.

Nummi: Head, Hist. num. 347 Artemis Pherea (Imperial). The Journal of hell. Stud. VI 79 sq.

Phliunte:

Paus. II 13, 5. ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλος περίβολός ἐστιν ἱερὸς Δήμητρος, ἐν δὲ αὐτῷ ναός τε καὶ ἄγαλμα Δήμητρος καὶ τῆς παιδός, τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος, ἔστι γὰρ καὶ Ἀρτέμιδος ἐνταῦθα χαλκοῦν ἄγαλμα, ὃ ἐφαίνετο ἀρχαῖον εἶναί μοι.

Bull. de corr. hell. VI 444. Ἀρτά[μιτος]. Cfr Collitz-Bechtel, Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften No. 3171.

Nummi: Head, Hist. num. 345 (Imperial) Artemis huntress. Cfr The Journal of hell. Stud. VI 81; VIII 54 (Geta) Artemis running to rigth, holds in left hand bow, with rigth hand draws arrow from quiver: dog at her feet.

Quantum quidem e locis, quos ut colligerem mihi contigit, elucet, cultus Dianæ temporibus Pausaniæ in nullo honore præcipuo aut in Isthmo aut Corinthi fuisse videtur. Erant tamen, ut vidimus, extra urbem ipsam duo templa, quorum unum haud procul a via, quæ ex Isthmo Cenchreas, in portum alterum Corinthi, ducebat, alterum in ipso Isthmo positum erat. De his templis haud ita multum traditum est: de templo iuxta viam Cenchreas ducentem sito id solum nobis cognitum est, quod in eo posita fuit pervetus statua lignea deæ. Templum Isthmium, quod Pausanias sicut multa alia eo loco sita silentio præterit, magni momenti erat, quippe quod, ut titulus, cui debemus, quæ de hoc templo cognita habemus, docet, intra idem sæptum ac sacraria Cereris Proserpinæque et Bacchi positum fuerit. Societatis vin-

culum inter hæc omnia numina intercedens nullo alio loco, ni fallor, reperitur, quamquam non admodum raro fiebat, ut Diana cum singulis eorum, in primis cum Baccho, coniungeretur. Satis enim scimus inter se coniunctos fuisse Dianam et Bacchum Corinthi (vide supra), Patris [1], Aeginæ [2], Braurone [3], Epidauri [4], Troezene [5]; fortasse etiam Lacedæmone Bacchus ἐν Λίμναις cum Diana cohærebat, ut Wide [6] mea quidem sententia recte docuit. Societatem quandam inter hæc duo numina Sicyone indicare voluisse Pausaniam [7] mihi vix credibile videtur; dicit enim hoc solum: si quis ex templo Bacchi in forum vadit, dextra templum Dianæ Λιμναίας est.

Cum Cerere Proserpinaque non tam sæpe coniunctam Dianam invenimus; exstitit tamen hæc societas Phliunte [8], Zoetiæ [9], alibi [10].

Etiam cum Neptuno Corinthi coniuncta erat Diana; eandem societatem aliis quoque locis repertam esse iam supra monui [11]. Quæ coniunctio facile fingi poterat, nam ut principio Diana dea erat aquarum, agros et pascua fertilia reddentium, id est fontium [12] fluminumque, ita Neptuno quoque dominatio eiusmodi rerum multis locis subdita erat.

[1] Paus VII 19 et 20 et Preller-Robert, Gr. Myth. I 692 n. 1.

[2] Paus. II 30, 1.

[3] Cfr K. O. Müller, Orchom.[2] p. 303 n. 2 et Die Dor. I 380 n. 3.

[4] Paus. II 29, 1. Cfr Wide, De sacris etc. p. 31.

[5] Paus. II 31, 4 et 5. Alia quoque loca nonnulla addit Wernicke in Pauly-Wissow. Real-Encyclop. II Artemis 1364.

[6] Lak. Kult. p. 161.

[7] II 7, 6.

[8] Vide supra Paus. II 13, 5.

[9] Paus. VIII 35, 7.

[10] Wernicke o. l. p. 1364.

[11] Cfr supra p. 22 sq. et Wide, Lak. Kult. p. 45, 108 sq. Commemorandum est idem societatis vinculum etiam in operibus artificum expressum esse. Etenim auctor est Demetrius (ap. Athen. VIII 346 b, c) in Elide in templo Dianæ Ἀλφειώσας suspensam fuisse tabulam, in qua effictus erat Neptunus Iovi Minervam gignenti sepiam porrigens.

[12] Coniunctionem intimam cum aquis, in primis fontibus, Dianam habuisse Corinthi cum alia multa tum ea, quæ affert Pausanias II 3, 2 et 5, ostendunt.

Ut iam supra vidimus, Corinthi in foro statuas Dianæ Ἐφεσίας et Bacchi, eodem modo ornatas, positas fuisse auctor est Pausanias. Utraque statua ex ligno facta et inaurata erat, præterquam quod ora minio oblita erant. Cognomen Ἐφεσία Dianæ addebatur, non quo dea ita nominata alia esset ac dea naturalis, quæ in magna parte Græciæ colebatur, sed quia cultus Dianæ, qui omni memoria vetustior Ephesi institutus erat, tanta claritate fruebatur, ut multorum oppidorum singulorum cultus plane obscuraret [1]. De Societate, quæ Corinthi inter Dianam Bacchumque intercesserat, iam supra disserui.

Et Diana Εὔκλεια a Corinthiis colebatur. De qua nihil fere certi scimus, præter quod Xenophon tradit, et quod cognoscere possumus collatis sollemnibus, quæ in honorem eiusdem deæ aliis locis agebantur. Auctor noster narrat summo scelere se obstrinxisse, qui cædem adversariorum in diem ultimum Eucliorum paravissent, cum mos esset, ut ne rerum capitalium quidem damnati intra hos dies festos supplicio afficerentur. Apparet igitur hunc festum, per complures dies celebratum, sanctissimum habitum fuisse apud Corinthios [2]. Corcyræos, colonos Corinthiorum, sollemne celebrasse, cui nomen erat Εὔκλεια, veri simile videtur mihi consideranti et nummos nonnullos Corcyræos esse, in quibus inscriptum est [3] Ευκλεια, Ευκλε-, Ουκλεα, et apud eos exstitisse nomen quoddam mensis Εὔκλειος in compluribus titulis nominatum [4]. Utut hæc res se habet, certo scimus Dianam Εὔκλειαν cultam fuisse apud Locros, Boeotios, Athenienses, in insula Paro [5]. Quam vim Dianæ Εὐκλείᾳ tribuerint Boeotii

[1] Cfr E. Curtius, Studien zur Gesch. der Artemis (Sitzungsber. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin 1887) p. 1169, et Claus, De Dianæ antiquissima apud Græcos natura p. 55.

[2] Mea quidem opinione vix dubium est, quin causa, cur Pausanias eius festi mentionem non fecerit, ea sit, quod Corintho antiqua diruta omnia, quæ ad cultum Dianæ Εὐκλείας pertinebant, plane interierant.

[3] Mionnet Suppl. III 435, 76 sq. 436, 81.

[4] Pape-Benseler, Eigennamen Εὔκλειος. Cfr Collitz-Bechtel, Sammlung d. griech. Dial.-Inschr. No. 3206 (= C. I. G. 1845). Fortasse etiam ad festum Dianæ Εὐκλείας apud Syracusanos celebratum Plut. Marc. 18 spectat.

[5] Le Bas-Foucart, Iles 2062.

Locrique, intelligitur his verbis Plutarchi[1] Ἀγάμενοι δ' αὐτὸν οἱ Πλαταιεῖς ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος ἐπιγράψαντες τόδε τὸ τετράμετρον·

Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾷδ' αὐτήμερον.

Τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι, τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρός, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς, τελευτήσασαν δὲ παρθένον ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς. Βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα κατὰ πᾶσαν ἀγορὰν[2] ἵδρυται, καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες[3].

Locri et Boeotii igitur et res fortiter pro patria gestas, et ea, quæ in nuptiis celebrandis facere mos erat, Dianæ Εὐκλείᾳ cordi esse credebant. Similem naturam habuisse Dianam Εὔκλειαν apud Athenienses docet Pausanias[4], qui auctor est ei deæ post pugnam Marathoniam Athenienses delubrum, ex præda ædificatum, dedicasse; et addit: φρονῆσαι δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ ταύτῃ μάλιστα εἰκάζω. Quomodo inter se conveniunt, quæ prodita sunt de Diana, ut ita dicam, gloriosa, et quæ de eadem dea, cui sponsæ sponsoque in nuptiarum sollemnibus celebrandis sacra facienda erant? Mea quidem opinione hæc munera quamvis primo aspectu dissimilia artissime inter se cohærebant; neque enim in simplici antiquissimorum temporum ratione vitæ instituendæ fieri potuit, quin uni eique naturali illi deæ, quæ in primis vis naturæ fecundans habebatur, adderentur munera illa, quæ præter cetera ad salutem singulorum, gentium, populorum pertinebant; itaque factum est, ut Diana illa antiqua, quam K. O. Müller Arcadicam vel Peloponnesiam[5] vocat, dea et coniugalis et

[1] Arist. 20. Cfr Soph. Oed. Rex v. 161 et Schol. in eund. loc.

[2] Corinthi quoque templum Dianæ, in quo celebrebantur τὰ Εὔκλεια, in foro positum fuisse apparet ex verbis, quibus Xenophon post cædem expositam pergens utitur (Hell. IV 4, 4): ἀποθνήσκουσι δ' οὕτως τῶν μὲν πρεσβυτέρων πολλοί· μᾶλλον γὰρ ἔτυγον ἐν τῇ ἀγορᾷ ὄντες· οἱ δὲ νεώτεροι, ὑποπτεύσαντος Πασιμήλου τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ἡσυχίαν ἔσχον ἐν τῷ Κρανείῳ κτλ.

[3] De Diana Εὐκλείᾳ apud Thebanos vide Paus. IX 17, 1.

[4] I 14, 5.

[5] Die Dorier I 372, 374.

gloriosa haberetur. Tale numen fuisse Dianam Εὐκλειαν apud Corinthios credo, eandemque duco perantiquam deam; commemorandum enim est nullam societatem fuisse inter Dianam et Apollinem apud Corinthios, id est Diana, cui sacra faciebant Corinthii, ex illa dea antiqua soror et complementum Apollinis, ut ita dicam, nondum facta erat [1].

In arca Cypseli Diana alis ornata [2] efficta erat.

Plures etiam cultus Dianæ apud Sicyonios reperimus atque eos et perantiquæ illius deæ, quam colebant Corinthii, et recentioris, quæ cum Apolline coniungebatur. Primum nobis occurrit templum Dianæ, cui nomen additum erat Λιμναία. Hoc nomen, quod idem est ac Λιμνᾶτις, a λίμνη petitum est et aliis locis multis [3] in Peloponneso Dianæ additum erat. Naturalis videlicet vis deæ hoc cognomine significabatur, quæ sine aqua nulla est [4].

Auctor est Pausanias Dianam Πατρῴαν statuam, cuius forma, columna, inusitata esset, Sicyone habuisse eodem loco positam ac signum Iovis Μειλιχίου, nec ipsum in figuram humanam figuratum [5]. Quantum quidem ego vidi, nullo alio loco quam Sicyone et Pleiis [6] — hic tamen nominata erat dea Πατριῶτις — hic cultus Dianæ invenitur, sed aliis quoque deis quibusdam: Iovi [7], Baccho [8], Apollini [9], Mer-

[1] Quin etiam Claus (o. l. p. 38 sq.) rationem quandam inter Medeam et Dianam apud Corinthios fuisse credit. Neque tamen certa indicia affert, et in tanta vetustate vix afferri possunt, quamquam concedo credibile esse rem se ita habuisse.

Wilisch (Ueber die Hauptgottheiten des alten Corinth p. 29) Dianam Εὐκλειαν eandem ac Iunonem fuisse contendit, neque tamen certa mihi videntur argumenta, quæ ad hanc opinionem probandam affert.

[2] Paus. V 19, 5.

[3] Wide, Lak. Kult. p. 116; addere possum Troezene (Schol. Eur. Hipp. 1133).

[4] Minus recte K. O. Müller (Die Dor. I 375) dicit Dianam Λιμναίαν cultum habuisse Corinthi.

[5] Vide supra p. 5.

[6] C. I. G. 1444.

[7] In insula Chio (Dittenberger, Syll. 360 l. 35) et Lindi (The Journ of hell. Stud. II 354 sq.).

[8] Megaris (Paus. I 43, 5).

[9] Athenis (Paus. I 3, 4; Pollux VIII 85 et 122).

curio [1], cognomen idem indebatur. Mihi videtur causa non esse, cur credamus necessitudinem quandam præcipuam [2] intercessisse inter hanc deam et Dianam Λιμνάτιν, cuius cultus cum aliis locis tum Patris, in urbe a Patreo condita, constitutus erat. Mihi quidem dubium non esse videtur, quin πατρῷος artissime cohæreat cum verbo πατήρ: itaque cognomen illud numini addebatur, quod cultum a patribus auxilio suo eos salvos reddidisset et ob eam ipsam rem præter cetera numina dignum videretur, cui sacra fierent. Erat igitur Diana Πατρῴα dea, cuius in tutela gentes et singulæ et omnes simul, id est civitas, erant, ut Gerhard [3] recte monuit. Maximi momenti est, quod de Diana cum Iove coniuncta proditum est; et statua Dianæ Πατρῴας et alia Dianæ statua, quæ Sicyone in foro erat, una cum Iove positæ erant. Quæ coniunctio quamvis rara [4] indicium certum est fuisse tempus, quo Diana, non Iuno, summa dea habita cum Iove, summo deo, coniungeretur [5].

Aliam quoque coniunctionem Dianæ, quæ haud ita sæpe tradita est, Pausanias ex Sicyone narrat. Affert enim statuas Dianæ et Panis una positas fuisse in templo Aesculapii; quantum quidem ego cognitum habeo, nummus Patris signatus [6] solus eandem necessitudinem Panis et Dianæ præbet. De ratione, quam cum Aesculapio habebat Diana, conferas velim ea, quæ infra in capite, quod de Aesculapio est, afferam.

Etiam Diana Φεραία Sicyone templum habebat, in quo inerat signum deæ ligneum Pheris, ut narrat Pausanias, introductum. Idem cultus Argis [7] et Athenis [8] institutus erat. Cognomen Φεραία additum erat deæ, quia cultus eius Pheris

[1] Lysias contra Andoc. 3.

[2] Cfr Wide, Lak. Kult. p. 348 not.

[3] Gr. Myth. 1 § 338 6, h.

[4] Et Argis Dianam cum Iove coniunctam reperimus (Paus. II 19, 7).

[5] Cfr Claus, o. l. p. 26.

[6] The Journ. of hell. Stud. VII 82.

[7] Paus. II 23, 5.

[8] Vide infra Hesych. v. Φεραία.

in primis celebrabatur[1], ut scholiasta Lycophronis (v. 1180) monet: θύσθλοις Φεραίαν] Φεραίαν τὴν ἐν Φεραῖς τιμωμένην. καὶ Καλλίμαχος

Ἄρτεμι Μουνυχίη[2], λιμενοσκόπε, χαῖρε Φεραίη.

ἡ αὐτὴ δὲ δηλονότι τῇ Ἀρτέμιδι ἡ Ἑκάτη. Ut videmus, scholiasta eandem censet fuisse Dianam Φεραίαν atque Hecatam; eodem modo res se habet teste Hesychio v. Φεραία· Ἀθήνησι ξενικὴ θεός· οἱ δὲ τὴν Ἑκάτην. Ita plurimi senserunt[3]. Qualis natura deæ hoc cognomine addita fuerit, non constat; Preller et Robert[4] monent nummos Pheris excusos signum deæ præbere in equo currente sedentis et ita significare Dianam illam deam fuisse rerum equestrium, cum quibus cohærebant omnes exercitationes viris adolescentibusque dignæ. Si res se ita habet, a veritate non abhorret huic Dianæ necessitudinem cultus apud Sicyonios intercessisse cum ea, quæ, ut auctor est Pausanias, ipsa lumborum tenus expolita una cum Hercule ad quadrati Hermæ, qui vocatur, similitudinem efficto in gymnasio, quod ædificaverat Clinias, posita erat.

Diana Μουνυχία ipsa quoque externæ originis apud Sicyonios erat. Quod ad nomen ipsum attinet, mihi videtur aliquo modo cum nomine portus Atheniensis coniunctum esse. Neque enim assentiri possum Welckero[5] dicenti cognomen Μουνυχία idem esse ac Μουνονυχία, deam solam noctu dominantem significans. Auctores meæ sententiæ adhibere possum et Stephanum Byzantium[6] et Photium[7], qui uno ore

[1] Nullo modo probare possum, quod dicit Hartung, Die Rel. u. Myth. d. Griech. III 195: Zur Erklärung ihres Namens hatte man nicht eben nöthig nach Pheræ zu gehen. Cfr not.

[2] Cfr Callim. Hymn. III v. 259. Non satis apparet, qualem rationem cum Diana, cui nomen erat Μουνυχία, habuerit Diana Φεραία.

[3] Aliter Wilisch, Ueber die Hauptgottheiten des alten Korinth, p. 29.

[4] Gr. Myth. I 327.

[5] Gr. Götterl. I 570 et H. L. Ahrens Rhein. Mus. XVII 362 sq.

[6] v. Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς ἀπὸ Μουνύχου. καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος κτλ.

[7] Lex. v. Μουνυχία· τόπος τοῦ Πειραιῶς· ἀπὸ Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Πανταχλέους. Cfr etiam ea, quæ affert scholiasta Cl. Alex. Protr. p. 42 Potter.

hoc cognomen deæ cum nomine illo portus Atheniensis coniungunt. Mea quidem sententia hic quoque cognomen Dianæ habemus, quod e loco petitum est, ubi summa celebritate famæ fruebatur cultus deæ. De natura ei deæ a Sicyoniis subiecta nihil traditum est a Clemente Alexandrino, qui in hac re solus auctor est noster, ob eamque rem aliunde de hac re certiores fiamus necesse est. Præter cultum Munychiæ in portu Athenarum institutum Diana ita nominata colebatur Pygelis [1], Cyzici [2], Placiæ [3]; et mensis nomen Μουνυχιών, quod apud Athenienses et in insula Delo usurpabatur [4], artissime cum hoc cognomine deæ cohærebat. Sexto enim decimo die eius mensis in honorem Dianæ Μουνυχίας ab Atheniensibus ritus sollemnes celebrabantur, de quibus narrat Pollux [5] ἀμφιφῶντες μὲν οὓς ἔφερον εἰς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, δᾷδας [6] ἡμμένας περιπήξαντες κτλ. Eodem die etiam festum Dianæ Βραυρωνίας agebatur, quæ aliquo modo cum Diana Μουνυχία coniuncta fuisse videtur. Nam Harpocration scribit v. Ἀρκτεῦσαι: Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Φρυνίχου θυγατρός. εἰ γνήσιος, τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι Μουνυχίᾳ ἢ τῇ Βραυρωνίᾳ. Itaque certum est Dianam Μουνυχίαν rationem habuisse cum sexu muliebri ita, ut dea coniugalis haberetur. Sed etiam alia de causa dies XVI eius mensis sollemnis erat; narrant enim cum alii tum Plutarchus [7] eo die memoriam victoriæ Sala-

[1] Strab. XIV 639.

[2] C. I. G. 3657.

[3] Mittheil. des deutsch. arch. Inst. Athen. Abth. VII 155. Per errorem Preller et Robert in Gr. Myth. I 312 n. 2 "Phakia" scripserunt.

[4] Welcker, Gr. Götterl. I 570.

[5] VI 75. Cfr Athen. XIV 645 a.

[6] Faculæ mihi ad vim et naturam Dianæ Μουνυχίας plane percipiendam magni momenti esse videntur; sæpissime enim adduntur Dianæ etiam in nummis (vide supra), et significant vim coniugalem Dianæ (Cfr Gerhard, Gr. Myth. § 340 5 a), ut recte uno loco (Pauly-Wissowa, Real-Encycl. II 1347) monet Wernicke; altero loco (op. cit. 1435) velut dubitans eandem sententiam præ se fert. Cfr K. Schwenck, Myth. d. Griech. I 159.

[7] De glor. Athen. 7 p. 349 F. Hunc diem elegerant, non quo eo ipso die, ut dicit Plutarchus, pugna Salaminia pugnata esset (A. Momm-

miniæ celebratam esse. Quæ omnia si reputamus, facere non possumus, quin credamus similitudinem quandam maiorem intercessisse inter hanc deam et Dianam Εὐκλειαν, deam coniugalem eandemque gloriosam, de qua supra verba feci. Etiam Diana Μουνυχία antiqua illa dea erat, quam iterum ac sæpius Corinthi et Sicyone invenimus, et sicut Diana Εὔκλεια cultus commercium indicat inter Corinthum et Athenas, ita Diana Μουνυχία inter Sicyonem et Athenas.

Omnes cultus, de quibus adhuc egi, nullam rationem deæ cum Apolline intercedentem aperuerunt. Sed huiusmodi quoque cultus Sicyone institutus erat. Pausanias enim narrat Epopeum templum ædificasse, quod Dianæ cum Apolline commune esset; de quo id solum cognitum habemus, quod sicut templum Iunonis haud procul situm statuis carebat. Aliam quoque necessitudinem horum numinum apud Sicyonios auctor idem indicat, quum de cultu Suadæ disserit; narrat[1] Apollinem Dianamque Pythonem una[2] necasse et postea Sicyonem expiandi causa venisse, sed quodammodo territos inde in Cretam migrasse et pestilentia populum affecisse; tum iussos esse Sicyonios Dianam et Apollinem placare, et deinde morem remansisse, ut pueri septem totidemque puellæ supplices ad flumen Sytham venientes, postquam inde revertissent in urbem, statuas deorum interea in templo Suadæ servatas in Apollinis templo reponerent. Quamquam scriptum est καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπολλώνα ἱλάσασθαι καὶ Ἄρτεμιν, tamen verba sequentia καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν Σύθαν ἴασιν οἱ παῖδες τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος κτλ. ostendere mihi videntur Dianam ne Pausaniæ quidem temporibus in hoc festo celebrando partes maioris momenti egisse; qua de re legentes ad ea, quæ allata sunt in capite, quod de Apolline est, relego[3].

---

sen, Heortologie p. 403), sed quia Dianæ Μουνυχίας, cuius sub oculis reportata erat victoria, iam antea sacer erat.

[1] II 7, 7 sq.

[2] Memorabile est, quod Pausanias hic de Pythone ab Apolline et Diana, non ab Apolline solo, necato narrat.

[3] Cfr supra p. 38 sq.

Una cum matre et Apolline divino honore fruebatur Diana in Pythiis Sicyoniis celebrandis; quæ coniunctio[1] persæpe reperitur[2].

Quod litteris exstet, nullum templum[3] Dianæ Phliunte positum erat; tamen et nummi titulusque haud ita multis annis ante repertus et statua, quæ in templo vel sæpto Cereris sacro posita erat, satis testantur hanc deam non ignotam fuisse apud Phliasios.

[1] Wide, Lak. Kult. p. 96.

[2] Gerhard (Gr. Myth. § 332 n. 3 b) per errorem scribit Dianam Σαρωνίδα cultum habuisse Sicyone; scribendum fuit pro Sicyone Troezene. Quod K. Schwenck (Myth. d. Griech. p. 159) de templo Dianæ Φιλομείραχος Sicyone posito affert, commenticium est. Cfr Paus. VI 23, 8.

[3] Minus recte E. Curtius (Sitzungsber. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin 1887 p. 1171) dicit lucum muro circumdatum Dianæ sacrum Phliunte fuisse; ad Pellenen locus, quem affert (Paus. VII 27, 3), spectat.

Volcanus.

Corinthi:

Nummi: Mionnet Suppl. IV 96, 650 (M. Aurelius) Vulcain couvert d'un bonnet, tenant un marteau de la main droite, et le forceps de la gauche. Cfr The Journal of hell. stud. VI 76. Head, Hist. num. p. 340.

Volcanum Corinthi templum habuisse aut omnino divino honore fruitum esse memoriæ proditum non est, sed exstant tamen ibi vestigia nonnulla eius cultus: servati sunt nummi Corinthii ætate imperatorum Romanorum signati, qui imaginem Volcani stantis præbent [1].

[1] Vestigia cultus Volcani, quem, si Athenas et nonnullas insulas exceperis, apud Græcos locis perquam paucis celebratum fuisse inter omnes constat, etiam Methanæ et Troezene reperta esse Wide (De sacris etc. p. 40 sq.; Cfr v. Wilamowitz Nachrichten v. der Gesellsch. der Wissensch. zu Gött. Phil.-histor. Klass. 1895 p. 230) recte iam monuit.

Venus.

Corinthi:

Paus. II 2, 4. πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος ὀνομαζόμενον Κράνειον. ἐνταῦθα Βελλεροφόντου τέ ἐστι τέμενος καὶ Ἀφροδίτης ναὸς Μελαινίδος, καὶ τάφος Λαΐδος, ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν. Cfr Athen. XIII 588 c—589 b; Ampel. Lib. mem. 8.

Paus. II 2, 8. καὶ Ἀπόλλων ἐπίκλησιν Κλάριος χαλκοῦς ἐστι. καὶ ἄγαλμα Ἀφροδίτης Ἑρμογένους Κυθηρίου ποιήσαντος. Cfr Alciphr. III 60.

Paus. II 5, 1. ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη καὶ Ἥλιος καὶ Ἔρως ἔχων τόξον. Cfr Paus. II 4, 6.

Strab. VIII 379. ἡ μὲν οὖν κορυφὴ ναΐδιον ἔχει Ἀφροδίτης, ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ τὴν Πειρήνην εἶναι συμβαίνει κρήνην κτλ.

Strab. VIII 378. τό τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ διὰ ταύτας οὖν πολυωχλεῖτο ἡ πόλις καὶ ἐπλουτίζετο· οἱ γὰρ ναύκληροι ῥᾳδίως ἐξανηλίσκοντο, καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροιμία φησὶν "οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς".

Eurip. fragm. 1069

ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον,
ἱερὸν ὄχθον, πόλιν Ἀφροδίτας (= Strab. VIII 379).

Cfr Ael. Arist. Or. III 38 sq. Dindorf et Ps.-Dion. Chrysost. Or. XXXVII 34 Emperius.

Athen. XIII 573 c. νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προεύχεσθαι τῇ θεῷ καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι. καὶ ὅτε δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι εὔξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι νεών. διὸ καὶ Σιμωνίδης ἀναθέντων τῶν Κορινθίων πίνακα τῇ θεῷ τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα καὶ τὰς ἑταίρας ἰδίᾳ γραψάντων τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν καὶ ὕστερον παρούσας συνέθηκε τόδε τὸ ἐπίγραμμα·

αἵδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
ἑστάθεν εὔχεσθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δῖ' Ἀφροδίτα
Πέρσαις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ τελεσθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν ἀπάξειν αὐτῇ καὶ τὰς ἑταίρας κτλ.

Schol. Pind. Ol. XIII 32. Θεόπομπος δέ φησι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις, εἰσελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὅπερ ἱδρύσασθαι τὴν Μήδειαν λέγουσιν Ἥρας προσταξάσης· εἶναι δὲ καὶ νῦν ἀναγεγραμμένον ἐλεγεῖον εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρός κτλ.

Plut. De Herodoti malign. 39 p. 871 A. καὶ μὴν ὅτι μόναι τῶν Ἑλληνίδων αἱ Κορίνθιαι γυναῖκες εὔξαντο τὴν καλὴν ἐκείνην καὶ δαιμόνιον εὐχήν, ἔρωτα τοῖς ἀνδράσι τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης ἐμβαλεῖν τὴν θεόν, οὐχ ὅπως τοὺς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἀγνοῆσαι πιθανὸν ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἔσχατον Καρῶν· διεβοήθη γὰρ τὸ πρᾶγμα καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν ἐπίγραμμα, χαλκῶν εἰκόνων ἀνασταθεισῶν ἐν τῷ

ναῷ τῆς Ἀφροδίτης, ὃν ἱδρύσασθαι Μήδειαν λέγουσιν, οἱ μὲν αὐτὴν παυσαμένην τἀνδρός, οἱ δ' ἐπὶ τῷ τὸν Ἰάσονα τῆς Θέτιδος ἐρῶντα παῦσαι τὴν θεόν. τὸ δ' ἐπίγραμμα τοῦτ' ἐστίν κτλ.

Athen. XIII 574 b. ὅτι δὲ καὶ Ἀφροδίσια ἴδια ἄγουσιν αὐτόθι αἱ ἑταῖραι, Ἄλεξις ἐν Φιλούσῃ φησίν·

Ἀφροδίσι' ἦγε ταῖς ἑταίραις ἡ πόλις,
ἕτερα δὲ χωρίς ἐστι ταῖς ἐλευθέραις.
ταῖς ἡμέραις ταύταις δὲ κωμάζειν ἔθος
ἐστὶν νόμος τε τὰς ἑταίρας ἐνθάδε
(μεθύειν) μεθ' ἡμῶν.

Plut. VII Sap. conviv. 2 p. 146 D (Lechæi). παρεσκευάκει μὲν γὰρ οὐκ ἐν τῇ πόλει τὴν ὑποδοχὴν ὁ Περίανδρος, ἀλλ' ἐν τῷ περὶ τὸ Λέχαιον ἑστιατορίῳ παρὰ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν, ἧς ἦν καὶ ἡ θυσία. μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ προεμένης τὸν βίον ἑκουσίως, οὐ τεθνεῶτι τῇ Ἀφροδίτῃ τότε πρῶτον ἔκ τινων ἐνυπνίων τῆς Μελίσσης ὥρμησε τιμὰν καὶ θεραπεύειν τὴν θεόν.

Paus. II 2, 3 (Cenchreis). ἐν δὲ Κεγχρέαις Ἀφροδίτης τέ ἐστι ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου, μετὰ δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἐρύματι τῷ διὰ τῆς θαλάσσης Ποσειδῶνος χαλκοῦν.

Paus. II 1, 8 (In Isthmo). τῷ βάθρῳ δέ, ἐφ' οὗ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται Θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα, ἑκατέρωθεν δέ εἰσιν αἱ Νηρηίδες καλούμεναι.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 79 sq. (500—431 a. Chr. nat.). Incuse square, within which head of Aphrodite r., of archaic style, wearing necklace; hair indicated by dots, and turned up behind under tænia; No. 117 sq. (431—400), 181 sq. (400—338), 260 sq. (c:a 338), 406 sq. (300—243), 496 sq. (Augustus) Head of Aphrodite; No. 541 (Claudius) Hexastyle temple on Acrocorinthus (cfr The Journal of hell. stud. VI 75 sq.); 556 (Nero) Bust of Aphrodite l., beneath, galley l., inscribed CENCRHEAE; 592 (Hadrianus) Statue of the Aphrodite of the Acro-

corinthus standing to the front, head l., holding before her the shield of Ares as a mirror; behind her, Eros; 664 (Plautilla), 607 (Marcus Aurelius), 661 (Caracalla), Aphrodite clad in long chiton and peplos, standing r., resting on sceptre, and holding apple. Cfr Mionnet II 181. 242 (Antoninus Pius) Venus debout, la main droite sur la haste pure, et tenant une pomme dans la gauche. — The Journal of hell. stud. VI 67 (Sabina) Aphrodite standing. holds sceptre and apple; (Nero) Aphrodite in a biga, drawn by Tritons; 75 (M. Aurelius) Aphrodite Urania and Poseidon; (M. Aurelius), Aphrodite and Herakles; (Commodus) Aphrodite, Poseidon and Herakles.

Sicyone:

Paus. II 10, 4. ** δὲ αὐτοῦ ἄλλος ἐστὶν Ἀφροδίτης ἱερός· ἐν δὲ αὐτῷ πρῶτον ἄγαλμά ἐστιν Ἀντιόπης· εἶναι γάρ οἱ τοὺς παῖδας Σικυωνίους, καὶ δι' ἐκείνους ἐθέλουσι καὶ αὐτὴν Ἀντιόπην προσήκειν σφίσι. μετὰ τοῦτο ἤδη τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν. ἐσίασι μὲν δὴ ἐς αὐτὸ γυνή τε νεωκόρος, ἧ μηκέτι θέμις παρ' ἄνδρα φοιτῆσαι, καὶ παρθένος ἱερωσύνην ἐπέτειον ἔχουσα· λουτροφόρον τὴν παρθένον ὀνομάζουσι· τοῖς δὲ ἄλλοις κατὰ ταὐτὰ καὶ ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἐσόδου τὴν θεὸν καὶ αὐτόθεν προσεύχεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα καθήμενον Κάναχος Σικυώνιος ἐποίησεν, ὃς καὶ τὸν ἐν Διδύμοις τοῖς Μιλησίων καὶ Θηβαίοις τὸν Ἰσμήνιον εἰργάσατο Ἀπόλλωνα· πεποίηται δὲ ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, φέρουσα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πόλον, τῶν χειρῶν δὲ ἔχει τῇ μὲν μήκωνα τῇ δὲ ἑτέρᾳ μῆλον. τῶν δὲ ἱερείων τοὺς μηροὺς θύουσι πλὴν ὑῶν, τἆλλα δὲ ἀρκεύθου ξύλοις καθαγίζουσι, καιομένοις δὲ ὁμοῦ τοῖς μηροῖς φύλλον τοῦ παιδέρωτος συγκαθαγίζουσιν. ἔνεστι δὲ ὁ παιδέρως ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ περιβόλου πόα. φύεται δὲ ἀλλαχόθι οὐδαμοῦ γῆς, οὔτε ἄλλης οὔτε τῆς Σικυωνίας. τὰ δέ οἱ φύλλα ἐλάσσονα ἢ φήγοῦ κτλ.

Paus. II 11, 8 (Titanæ). ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ,

Διονύσου καὶ Ἑκάτης. Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα, λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος.

Nummi: Head, Hist. num. 347 Aphrodite and Eros (Imperial coins). Mionnet Suppl. IV 169. 1124 (Julia Domna). Vénus—Medicea. Cfr The Journal of hell. stud. VI 79.

Phliunte:

Nummi: The Journal of hell. stud. VIII 55 (Domna) Aphrodite(?) facing, right hand raised. (It is impossible to determine whether this figure is of Aphrodite or some other goddesse, owing to the bad preservation of the coin. It may be of Hebe.)

Inter omnia numina, quorum cultus Corinthi institutus fuit, vix cuiusquam sæpius quam Veneris, præsertim si recentiorum temporum rationem habemus, apud auctores mentio fit, cuius rei causa ea fuisse videtur, quod et re vera iam antiquitus magni momenti fuit apud Corinthios cultus Veneris — antiquissimi nummi imaginem capitis Veneris præbent — et in corruptione morum in dies Corinthi, ut exspectari licet in urbe mercatura florentissima, augescente ea, quæ in cultu eius deæ turpi vulgo maxime placebant, iam pridem prævaluerunt. Et quia pessima quæque plerumque summam vim habent, cultus Veneris Corinthi institutus sicut omnino vita, quæ in ea urbe agebatur, specimen morum inquinatorum exstitit, quo factum est, ut semper fere, cum cultus ille commemoraretur, in mentem veniret illud:

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς;

quam mollitiam etiam Corinthi "ἐν πόλει Ἀφροδίτας" a vi et natura principali Veneris plane abhorruisse demonstrare mihi in animo est. Perquiramus igitur, quid de hac re nobis ab antiquitate traditum sit.

Extra urbem in luco illo, cui nomen erat Κράνειον,

templum situm erat, quod Veneri Μελαινίδι consecratum erat, quam deam etiam Melangeis [1] in urbe Arcadiæ et Thespiis [2] in urbe Boeotiæ cultam fuisse auctor est Pausanias, qui causam, cur hoc cognomen Veneri inditum sit, his verbis exponit: ἐπίκλησιν δὲ ἡ θεὸς ταύτην κατ' ἄλλο μὲν ἔσχεν οὐδέν, ὅτι δὲ ἀνθρώπῳ μὴ τὰ πάντα αἱ μίξεις ὥσπερ τοῖς κτήνεσι μεθ' ἡμέραν, τὰ πλείω δέ εἰσιν ἐν νυκτί [3]. Apparet hanc interpretationem a consuetudine communis sensus profectam esse, quæ Venerem deam voluptates tribuentem intelligebat; aliam sane vim hoc cognomen accipit, si exquirimus, quibuscum dis coniuncta hæc Venus Μελαινίς culta fuerit. Melangeis templum Veneris Μελαινίδος proxime μέγαρον, quod vocatum est, Bacchi situm erat, quæ res coniunctionem numinum indicat, quam non admodum raro reperiri iam Welcker [4] et post eum complures [5] sententiam suam exemplis e cultu repetitis probantes docuerunt; Thespiis rationem cum Amore ibi religiosissime culto habebat Venus. Qua de causa cum Baccho coniungebatur Venus? Num quia natura cohærere videbatur deus vinum generi humano tribuens cum dea amores inter homines iungente? Levitatis inscientiæque esset hanc coniunctionem numinum ita accipere: longius repetendum est huius societatis vinculum. Etenim Melangeis utriusque numinis templum prope fontem situm erat, cui nomen erat Μελιασταί; Orchomeni Charites [6], ipsas quoque ab initio deas fertilitatem terræ tuentes, Lampsaci Priapum [7], custodem hortorum, ex Baccho pepererat Venus. His igitur omnibus locis cum Baccho, ut qui humorem fertilitatemque terræ ipse imperio teneret vel cum talibus numinibus intimam rationem haberet, coniungebatur

[1] VIII 6, 5.

[2] IX 27, 5.

[3] VIII 6, 5.

[4] Gr. Götterl. II 612.

[5] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 355, 481, alibi; Wide, Lak. Kult. p. 144; W. Immerwahr, Die Kult. u. Myth. Ark. I 174.

[6] Serv. in Verg. Aen. I 720.

[7] Paus. IX 31, 2.

Venus, et alia exempla eius rei proferri possunt. Bacchum autem illum proxima cognatione cum dis inferis cohæsisse inter omnes constat, et cultus necessitudo, quæ Veneri cum illo intercedebat, indicio esse mihi videtur illam, ipsam quoque deam fertilitatis, a principio numero deorum inferorum habitam esse[1]. Talem deam Venerem Μελαινίδα in Craneo cultam fuisse credo, cui coniecturæ non est contrarium, quod cum Bellerophonte, qui item fanum in Craneo habebat, commercium cultus habuisse videtur dea. Nam ille, ut erat filius Neptuni, in numero numinum marinorum habebatur, quæ cum Baccho aliisque diis fertilitatem agrorum tuentibus cohæsisse constat[2].

In eodem luco sepulcrum erat Laidis[3], quæ inter feminas, quas ἑταίρας appellabant Græci, tanta laude florebat, ut facile princeps earum haberetur; ornatum erat hoc sepulcrum, quod "vas marmoreum Laidos" vocat Ampelius[4], leæna pedibus prioribus arietem, animal Veneris sacrum, gestante[5].

Etiam Corinthi in foro honorata erat Venus: statuas ibi habuisse cum Venerem tum alios deos Pausanias narrat, qui et nomen et originem artificis, qui signum Veneris fabricatus erat, aperiens indicat famam sua ætate fuisse cultum Veneris Corinthium cum Cythereo cohæsisse.

Sed cultus Veneris, qui apud Corinthios fama maxime celebratus erat, in Acrocorintho sedem suam habuisse videtur, qui mons totus Veneris sacer habebatur. Fama enim erat Solem, cum post certamen cum Neptuno initum Briareo arbitro in possessionem Acrocorinthi venisset, hunc montem Veneri tradidisse, cuius rei memoria eo modo per-

---

[1] In comparationem vocari oportet Venerem Δωρίτιν Piræi et Cnidi cultam. Paus. I 1, 3.

[2] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 568.

[3] Sepulcrum Laidis in nummis quoque Corinthiis reperitur. Cfr Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 691; Head, Hist. num. 340.

[4] Lib. mem. 8.

[5] Etiam leænam Veneri consecratam fuisse veri simile est. Cfr Gerhard, Gr. Myth. § 374 n. 1. a.

manebat, ut ibi σύνναοι essent Sol et Venus. Templum ipsum Veneris, quod in summo vertice Acrocorinthi conditum erat, haud permagnum erat — Strabo ναΐδιον id vocat et nummi Corinthii imaginem templi exigui præbent[1]. In hoc templo inerant signa Veneris, Solis, Amoris; dea ipsa armata efficta erat, sicut et Pausanias et nummi testantur. Eandem Venerem etiam Lacedæmone[2], in insulis Cythera[3], Cypro[4], Amorgo[5] cultam invenimus. Quid significaverint illa signa deæ armatæ, in magna dissensione est: nonnulli[6] persuasum habuerunt ea indicium certum originis externæ (nimirum Phoeniciæ) cultus deæ fuisse, contra alii[7] recte, ut mea fert opinio, monuerunt alios quoque deos deasque signa armis ornata habuisse nec ob eam causam peregrinos habitos esse; illud quoque commemorandum est arma illa statuæ Corinthiæ, quæ nonnullis ad tam multa comprobanda valere visa sunt, nihil aliud fuisse nisi clipeum, quo altero genu sustento — nummis testibus utor — speculo usa esse videtur dea. Certe clipeus ille non per se satis magno argumento est externæ originis fuisse cultum Veneris[8].

Ut ad summam celebritatem famæ perveniret cultus Veneris apud Corinthios institutus, in primis per ἱεροδούλους effectum est, quarum magnum numerum deæ Corinthi consecratum fuisse memoriæ proditum est[9]. Cultus Veneris cum

---

[1] Cfr The Journal of hell. stud. VI 76.

[2] Paus. III 15, 11.

[3] Paus. III 23, 1. Cfr Wide, Lak. Kult. p. 139.

[4] Hesych. v. Ἔγχειος.

[5] C. I. G. 2264 u.

[6] E. Curtius, Peloponnesos II 299; Welcker, Gr. Götterl. I 669; Roscher in Lex. der Myth. I 403 sq.; Preller-Robert, Gr. Myth. I 357; alii.

[7] A. Enmann, Kypros u. d. Urspr. des Aphroditekultus in Mém. de l'Academ. de S:t-Pétersbourg T. XXXIV 66; Imhoof-Blumer et Percy Gardner The Journ. of hell. stud. VI 75.

[8] Fortasse verum vidit Plutarchus, apud quem (Inst. Lac. 28 p. 239 A) hæc verba scripta invenimus: Ἀφροδίτην σέβουσι τὴν ἐνόπλιον· καὶ πάντας δὲ τοὺς θεοὺς θήλεις καὶ ἄρρενας λόγχας ἔχοντας ποιοῦνται, ὡς ἁπάντων τὴν πολεμικὴν ἀρετὴν ἐχόντων.

[9] Ἱερόδουλοι, qui vocantur, homines erant — viri vel feminæ —

Corinthi tum alibi [1] proprium fuisse videtur, quod sæpissime virgines ἱερόδουλοι erant, quarum erat libidinibus cuiusvis viri morem gerere pretio, quod deæ debitum ad opes templi et urbis augendas plurimum adiuvabat. Auctor est Strabo "templum Veneris" tam dives fuisse[2], ut plus mille servas deæ haberet, et qua de causa tantum numerum servarum acceperit dea, ex Athenæo comperimus: narrat enim ille morem fuisse apud Corinthios, ut cives, si essent adepti, quod a dea precati essent, voverent se deæ ἑταίρας dedicaturos esse. Meretrices illæ — vix alio nomine dignæ erant ἱερόδουλοι Corinthiæ Veneris — tamen non infimum dignitatis gradum tenuisse videntur, nam si Athenæo fides habenda est, antiquus apud Corinthios manebat mos, ut, cum in magno discrimine rei publicæ Venerem imploraturi essent, quam plurimas earum assumerent, ut pro civibus deprecatæ templa deæ adirent. Velut bello Persico auctores sunt Theopompus et Timæus meretrices illas in templum Veneris venientes deam precatas esse, ut patriam servaret, vel, sicut apud scholiastam Pindari et Plutarchum scriptum invenimus, ut cupiditatem cum Persis dimicandi viris iniceret. Quæ supplicatio propter periculum in præsens imminens decreta erat; sed etiam stata in honorem Veneris sollemnia celebrabant Corinthii, quibus nomina erant Ἀφροδίσια; sol-

---

deo vel deæ consecrati, qui servi numinis habiti (cfr Eur. Ion. v. 309 sq. τοῦ θεοῦ καλοῦμαι δοῦλός εἰμί τ', ὦ γύναι. | ἀνάθημα πόλεως κτλ.) plerumque servilia munera, quæ ad cultum pertinebant, exsequebantur. Hierodulia illa cultus Veneris propria non erat; iam supra monui liberos in cultu Iunonis partes ἱεροδούλων quodammodo tutatos esse. Cfr Schoemann, Gr. Alterth. II[3] 219 sq.

[1] Cfr Strab. l. s. l. et XII 559.

[2] Utrum ad templum in Craneo situm, an ad templum in vertice Acrocorinthi conditum, an ad aliud quoddam templum, cuius memoria ad nos non est perlata, spectaverint Strabo aliique, qui de "templo divite" Veneris Corinthiæ verba fecerunt, non satis apparet, sed veri simillimum videtur omnia, quæ ad cultum Corinthium Veneris spectabant, nisi aperte aliter dictum est, relata esse ad templum Acrocorinthium, quod quominus cum magno agro sacro quamvis ipsum parvum coniunctum fuerit nihil obstat.

lemnia ita nominata in honorem Veneris etiam Athenis[1], Thebis[2], in insulis Aegina (una cum sacrificiis Neptuno oblatis)[3] et Delo[4], Iasi, apud Magnetes[5] celebrabantur. Alia nomina aliis locis festis Veneris imposita erant[6]. Corinthi sicut in Aegina meretrices a matronis disiunctæ dies Veneris festos agebant, unde fortasse explicari potest, quod Plutarchus et scholiasta Pindari matronas, Theopompus et Timæus meretrices preces illas fudisse auctores sunt.

De sacris ritibus, quos in Venere colenda observabant Corinthii, nihil fere certi scimus: Ἀφροδίσια comissantes egisse Corinthias mulieres e verbis Alexidis, quæ apud Athenæum servata remanent, cognoscimus, et a Ioanne Lydo[7] certiores fimus morem ovem pelle ovilla involutam Veneri immolandi, qui in Cypro tenebatur, Corintho translatum esse. Suibus Veneri sacrificare omnino fere inusitatum fuisse constat[8].

Lechæi templum habuit Venus, quod iam ætate Periandri exstructum fuisse auctor est Plutarchus.

In altero quoque portu Corinthi signo honorata erat Venus et templo, quod in ipsa mole situm erat. Iuxta templum illud posita erat statua Neptuni, quæ res argumento est hæc numina in cultu inter se coniuncta fuisse[9]; neque

---

[1] Athen. IV 128 b; cfr III 101 f et Lucian. dial. mer. XIV 3.

[2] Xen. Hell. V 4, 4.

[3] Plut. Quæst. Græc. 44 p. 301 F.

[4] Bull. de corr. hell. VI 23, 189.

[5] C. I. G. 2673 et Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. Athen. Abth. VII 73 Ἀφροδισιών, nomen mensis.

[6] Schoemann, Gr. Alterth. II[3] 522 sq.

[7] De mens. IV 45 ἐτιμᾶτο δὲ ἡ Ἀφροδίτη τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ ἡ Ἥρα· ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ πρόβατον κωδίῳ ἐσκεπασμένον συνέθυον τῇ Ἀφροδίτῃ (ὁ δὲ τρόπος τῆς ἱερατείας ἐν τῇ Κύπρῳ ἀπὸ τῆς Κορίνθου παρῆλθέ ποτε).

[8] Apostol. IV 59 Ἀφροδίτῃ ὃν τέθυκεν: ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων· τῇ γὰρ Ἀφροδίτῃ ὃς οὐ θύεται διὰ τὸν Ἄδωνιν. Festus v. Suillum p. 310. Müller. Conferas velim, quæ allata habet Tümpel in Pauly-Wissow. Real-Encycl. I 2767.

[9] In nummis Neptunus ille Cenchreis cultus una cum templis Veneris, Aesculapii, Isidis effictus est. Head, Hist. num. p. 340; Journal of hell. stud. VI 66.

est dubium, quin causa, cur hic in oppidulo maritimo necessitudo Veneri cum Neptuno intercederet, ea fuerit, quod utrumque numen ut maris potens in mari laborantibus opem ferre credebatur. Etenim constat Venerem (Ποντίαν, Πελαγίαν, Θαλασσίαν, Εὔπλοιαν, Λιμενίαν κτλ.) deam maris et portuum potentem habitam esse [1]. Tali munere etiam Lechæi functam esse Venerem credibile mihi videtur recordanti hanc fuisse maritimam urbem maximi momenti neque alium deum nisi Neptunum, quod sciam, ibi cultum habuisse, quocum coniuncta credi possit Venus ibi culta; namque Venerem plerumque cum numine virili commercium cultus habuisse nemo ignorat. Vim marinam Veneri apud Corinthios additam fuisse etiam ex ea re colligo, quod hæc dea in basi, in qua positus erat currus aureus, quem deo Isthmio dedicaverat Herodes Atticus, efficta erat. Etiam cum Hercule coniuncta erat Venus apud Corinthios, ut nummi docent.

In rebus sacris Sicyoniorum enarrandis Pausanias, postquam sæptum Aesculapii sacrum descripsit, ad sæptum Veneris transit, sed verba, quibus hic sequentia prioribus adiunguntur, non integra servata sunt; et quia hic locus ad veram vim cultus Veneris Sicyoniæ percipiendam magni momenti est, complures intenti fuerunt huic lacunæ explendæ. Maxime probabilis esse mihi videtur coniectura Schubartii, qui in præfatione (p. X.) descriptionis Pausaniæ, quam edendam curavit, dicit se suspicari nihil aliud nisi πλησίον subaudiendum esse: dicere igitur voluisse credo Pausaniam πλησίον δὲ τοῦ περιβόλου τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἄλλος ἐστὶ περίβολος, Ἀφροδίτης ἱερός [2]. Si res se ita habet, necessitudo cultus Veneri cum Aesculapio Sicyone intercedebat, quam

[1] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 364 sq.

[2] Lectio vulgata ab antiquitate tradita hoc loco est: δι' αὐτοῦ δὲ ἄλλο ἐστὶν Ἀφροδίτης ἱερόν, de qua iam Clavier (Suppl. p. 73): ce passage est entièrement corrompu. Les mots δι' αὐτοῦ n'offrent aucun sens, quoiqu'en dise M. Facius, quæ verba mihi vere dicta videntur, neque enim de alio templo Veneris Sicyone condito certiores facti sumus. Quod quamquam ita est, lectionem δι' αὐτοῦ Siebelis in editione sua non solum retinuit sed etiam defendere videtur (cfr vol. I adnot. p. 187), quæ res Gompfio (Sicyon. Spec. I 83 n. 150) valde probata est.

coniunctionem numinum non admodum raro inveniri Wide [1] recte iam ostendit.

Intra sæptum illud, quod fano Aesculapii adiacebat, templum habebat Venus, ubi sacra ei fiebant. Sed plane alio modo atque in Acrocorintho hic colebatur dea: etenim arcana fuisse videntur sacra, quæ Sicyone Veneri perpetrabantur. Auctor est Pausanias duas solas virgines in templum deæ intrare fas fuisse, earumque unam νεωκόρον cognominatam ædituæ munus sustinentem voto castimoniæ obstrictam fuisse, alteram, quæ λουτροφόρος appellaretur, sacerdotio annuo præfuisse. Apparet igitur cultum Veneris apud Sicyonios medium fuisse inter mysteria [2] et sacra publica, neque quidquam ab eo tam procul afuisse quam hieroduliam Corinthiam, qualis illa temporibus Strabonis instituta erat. Atque mirum in modum fictum erat signum deæ: polo, qui vocatur, ornatum erat caput simulacri sedentis, quod ex auro eboreque factum erat, et manibus altera papaver, altera malum tenebat dea. Malum manu tenens sæpenumero — conferas velim nummos Corinthios — effingebatur Venus, sed papaver sicut calathus plerumque ad Cererem et Proserpinam [3], non ita sæpe ad Venerem pertinebat. Quæ insignia cum ritibus sacris in cultu observatis conferens facere non possum, quin existimem Venerem Sicyoniam, quam quo iure Baumeister [4], Roscher [5], alii Οὐρανίαν vocaverint ignoro, multa similia habuisse cum Cerere, id est cum dea, cui curæ erat fertilitas agrorum. Itaque a primigenia, ut meus fert sensus, vi ac natura Veneris non tam longe recesserat dea Si-

[1] Lak. Kult. p. 145. Falso autem credidisse mihi videtur Wide Apollinem Κάρνειον et Venerem in luco Aesculapii una cultos esse, quam sententiam et in "De Sacris" (p. 33) et in "Lak. Kult." (l. l.) amplexus est investigator ille in rebus sacris indagandis acerrimus.

[2] Mysteria in honorem Veneris in Cypro celebrata sunt. Clem. Alex. Protr. p. 12 Potter.

[3] Cfr Gerhard, Gr. Myth. § 420 n. 2 e et Blümner in Baumeist. Denkm. p. 792.

[4] Denkm. p. 88.

[5] Lex. d. Myth. I 399.

cyonia quam dea in Acrocorintho culta, sed multa similia habebat cum Venere Δωρίτιδι, quam deam fertilitatem tuentem Piræi et Cnidi cultam fuisse iam supra monui; Venerem Μελαινίδα quoque talem deam fuisse supra ostendere conatus sum. Quod ad victimas attinet, quibus deæ Sicyone sacrificabatur, Pausanias aperte docet morem fuisse omnium animalium femora præter suum deæ consecrare, alia vero omnia flammis ligni iuniperi comburere, idemque auctor est simul cum femoribus folia pæderotis [1], qui vocatus est, concremata esse.

Sæptum Veneris ingredientibus primum offerebatur signum Antiopæ; filiorum illius causa, quos suæ civitatis fuisse habebant, matrem quoque secum rationem habere Sicyonii credebant, sicut Pausanias refert. Utrum re vera divino honore fruita sit Antiope apud Sicyonios necne, in brevitate eorum, quæ nobis prodita sunt, diiudicari non potest; certe a veritate non abhorret fuisse tempus, quo cultum haberet Antiope [2].

Titanæ in templo Aesculapii una cum Matre deorum aliisque numinibus statua honorata erat Venus, qua de re ad ea, quæ infra afferam, legentes relego.

Phliasios quoque Venerem coluisse veri simillimum mihi videtur; neque tamen, quantum mihi contigit, ut invenirem, eius rei ulla apud scriptores aut in titulis mentio fit. Nummus tantum ætate Septimii Severi excusus fortasse imaginem Veneris præbet.

---

[1] Pæderos ille, cuius speciem verbis diligenter depingit Pausanias, intra sæptum templi Veneris in honorem deæ colebatur, neque usquam alibi ne apud Sicyonios quidem, si fides habenda est auctori nostro, colebatur.

[2] Cfr Schirmer in Rosch. lex. d. Myth. I 382 et Gerhard, Gr. Myth. § 739.

Mars.

Corinthi:

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 375 (c:a 350—338 a. Chr. n.) Head of Pallas l.; to r., N and Ares l., resting r. foot on rock. Cfr Head, Hist. num. p. 338. Mionnet Suppl. IV 93, 627 (M. Aurelius) Mars debout, à g., tenant de la main dr. une haste, et portant de la g. un trophée; le pied g. sur une tête humaine. Cfr The Journal of hell. stud. VI 76 et Head, o. l. p. 340. Mionnet II 184, 268 (L. Verus) Mars marchant à droite, armé d'une lance, et portant un trophée, le pied droit posé sur une tête humaine.

Maxime probabile mihi videtur Corinthios Martem coluisse, quamquam cognitum non habemus illum in urbe eorum delubris vel statuis honoratum fuisse. Quod ut credam, in primis ea re adducor, quod et in πώλοις illis, qui vocati sunt, atque iis satis antiquis et in arca Cypseli[1] inerat signum eius; etiam ad verba Pindari[2] ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ, νέων οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν animos attendamus necesse est, quæ quamvis per se non satis habeant argumenti, cur credendum sit Martem cultum Corinthi habuisse[3], tamen simul cum aliis probare mihi videntur illum honore cultus ibi usum esse.

[1] Paus. V 18, 5.

[2] Ol. XIII 23.

[3] Cfr Stoll in Rosch. lex. d. griech. u. röm. Myth. I 484.

Mercurius.

Corinthi:

Paus. II 2, 8. Ἑρμοῦ τέ ἐστιν ἀγάλματα χαλκοῦ μὲν καὶ ὀρθὰ ἀμφότερα, τῷ δὲ ἑτέρῳ καὶ ναὸς πεποίηται.

Paus. II 3, 4. αὖθις δ'ἰοῦσιν ἐπὶ Λεχαίου τὴν εὐθεῖαν χαλκοῦς καθήμενός ἐστιν Ἑρμῆς, παρέστηκε δέ οἱ κριός, ὅτι Ἑρμῆς μάλιστα δοκεῖ θεῶν ἐφορᾶν καὶ αὔξειν ποίμνας, καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐποίησεν,

> υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα
> Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσε.

τὸν δὲ ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον καὶ τῷ κριῷ λόγον ἐπιστάμενος οὐ λέγω. μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων.

Nummi: Mionnet II 179, 231 (Hadrianus) Mercure marchant à droite, portant Bacchus jeune. Cfr The Journal of hell. stud. VI 69; 72 (M. Aurelius, L. Verus, Caracalla, Sev. Alexander, Domna). Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 602 (Antoninus Pius). Hermes naked standing r., holding caduceus, and resting l. arm on column; 608 (Marcus Aurelius). Hermes naked but for chlamys, and wearing petasos, seated l. on rock, holding caduceus, and extending his r. over a ram. Cfr Mionnet II 181, 246 (Antoninus Pius) et The Journal of hell. stud. VIII 53.

Sicyone:

Paus. II 9, 8. καὶ πλησίον Ἑρμῆς ἕστηκεν Ἀγοραῖος.
Hesych. v. Ἐπάκτιος· ὁ Ἑρμῆς ἐν Σικυῶνι.

Cultus Mercurii laude vetustatis et apud Corinthios et apud Sicyonios floruisse videtur. Namque Corinthi Bunus ille, quem templum Iunonis Βουναίας in Acrocorintho condidisse credebant, filius ferebatur Mercurii [1], et idem de rege suo Polybo prodebant Sicyonii [2].

Corinthi in foro duo signa Mercurii erant, quorum alterum in templo suo positum erat. Hic Mercurius non alius fuisse videtur atque Mercurius Ἀγοραῖος (Ἐμπολαῖος, Κερδῷος), deus mercaturas facientium tutelarius, cuius cultus per omnem fere Græciam [3] celebratus erat; velut Sicyone, ut locum, qui mihi maxime in promptu est, nominem, statuam hic deus habebat.

Etiam Mercurium pastoralem, deum pecudes tuentem, colebant Corinthii: in via, quæ Corintho Lechæum ducebat, positus erat Mercurius sedens, cuius ad latus aries adstabat. Hic Mercurius persæpe arietem ferens effictus erat, unde appellatus est τὸν κριὸν φέρων, Κριοφόρος, quem cultum habuisse Andaniæ [4], Olympiæ [5], Tanagræ [6] auctor est Pausanias. In nummis aliquot Corinthi ætate M. Aurelii excusis sedens Mercurius dextram in arietem porrigens positus est. Quod ad rationem attinet, quam cum Matre deorum habuisse Mercurium indicare videntur verba Pausaniæ, ad ea, quæ in capite de illa dea sunt, legentes delego; item de necessitudine, quæ Neptuno, Leucotheæ, Melicertæ cum Mercurio intercedebat, ea conferenda sunt, quæ in cultu Meli-

[1] Paus. II 3, 10. Cfr Schol. Pind. Ol. XIII 74.

[2] Paus. II 6, 6. Minus recte Preller-Robert, Gr. Myth. I 398 hoc de Polybo, rege Corinthiorum, dici contendit. Cfr C. Wagner, Rer. Corinth. spec. 61 sq., 64 et E. Bethe, Theb. Heldenlied. p. 69.

[3] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 414 n. 2.

[4] IV 33, 4.

[5] V 27, 8.

[6] IX 22, 1.

certæ perscrutando attuli. Cum Neptuno coniunctus etiam apud Arcades[1] Mercurius invenitur.

Mercurius Ἀγοραῖος, ut iam supra monui, cultum apud Sicyonios habebat. Statua eius prope signum Herculis posita erat, quod indicare videtur Mercurium et Herculem Sicyone sicut aliis locis permultis[2] coniunctos fuisse.

Iam reliquum est, ut pauca de Mercurio, cui nomen erat Ἐπάκτιος, dicam. Primum quidem mihi confitendum est me in hac tam difficili re nihil pro certo affirmare audere, veri simile autem mihi videri hoc nomen cum illo Ἀγοραῖος coniungendum esse. Nam sicut Ἀγοραῖος appellabatur Mercurius, qui negotiationes omnino tuebatur, ita nomen Ἐπάκτιος eius Mercurii proprium erat, qui deus tutelarius erat mercatorum e re navali in primis sibi quæstum comparantium, quem deum maxime consentaneum est sedem suam in portibus habuisse, et hoc sensu deus marinus[3] Mercurius Ἐπάκτιος vocari potest. Hoc cognomen, ni fallor, nusquam alibi Mercurio inditum est.

F. G. Welcker contendit Mercurium apud Phliasios cultum esse; concedo maxime probabile esse rem se ita habuisse, sed nihil plane inveni, quod ad hanc rem comprobandam valeret. Apud Hipponactem, auctorem a Welckero laudatum, nihil tale scriptum est[4].

---

[1] Roehl, I. G. A. 94; cfr W. Immerwahr, Die Kult. u. Myth. Arkadiens I 82 et Preller-Robert, Gr. Myth. I 576.

[2] Preller-Robert, Gr. Myth. I 415 n. 4. Cfr infra.

[3] Hoc tantum assentior Gerhardio (Griech. Myth. § 274 n. 1 c) Mercurium Ἐπάκτιον "Wassergott" vocanti; quomodo ad hunc cultum apud Sicyonios constituendum Attica permultum valuerit (Gerhard o. l. § 272 n. 1 b), perspectum non habeo.

[4] Gr. Götterl. II 436. An importuni est suspicari Fragm. 32 (Bergk[4]) Welckero obversatum esse?

Bacchus.

Corinthi:

Paus. II 2, 6. ἔστιν οὖν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἐνταῦθα γὰρ πλεῖστά ἐστι τῶν ἱερῶν, Ἄρτεμίς τε ἐπίκλησιν Ἐφεσία, καὶ Διονύσου ξόανα ἐπίχρυσα πλὴν τῶν προσώπων· τὰ δὲ πρόσωπα ἀλοιφῇ σφισιν ἐρυθρᾷ κεκόσμηται· Λύσιον δέ, τὸν δὲ Βάκχειον ὀνομάζουσι. τὰ δὲ λεγόμενα ἐς τὰ ξόανα καὶ ἐγὼ γράφω. Πενθέα ὑβρίζοντα ἐς Διόνυσον καὶ ἄλλα τολμᾶν λέγουσι καὶ τέλος ἐς τὸν Κιθαιρῶνα ἐλθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν γυναικῶν, ἀναβάντα δὲ ἐς δένδρον θεάσασθαι τὰ ποιούμενα· τὰς δὲ ὡς ἐφώρασαν, καθελκύσαι τε αὐτίκα Πενθέα καὶ ζῶντος ἀποσπᾶν ἄλλο ἄλλην τοῦ σώματος. ὕστερον δέ, ὡς Κορίνθιοι λέγουσιν, ἡ Πυθία χρᾷ σφισιν ἀνευρόντας τὸ δένδρον ἐκεῖνο ἴσα τῷ θεῷ σέβειν· καὶ ἀπ' αὐτοῦ διὰ τόδε τὰς εἰκόνας πεποίηνται ταύτας.

C. I. G. 1104 (In Isthmo)[1]. Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Λικίνιος Ποπλίου υἱός, Αἰμιλία, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου — — — — — κατεσκεύασεν. ὁ αὐτὸς καὶ τὸ Παλαιμόνιον — — — — — — — — — — — — τόν τε περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος σὺν τοῖς ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν καὶ προσκοσμήμασιν καὶ προνάοις ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν κτλ.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 286 sq. (c:a 350—338 a. Chr. nat.). Head of Pallas l.;

[1] Cfr supra p. 43.

to r., Δ and figure of barded Dionysos[1], wearing long chiton, standing r., holding kantharos and grapes. Mionnet II 180, 234 (Hadrianus). Bacchus debout, appuyé sur une colonne, tenant dans la main droite le cantharum, et dans la g. un thyrse; à ses pieds, une panthère. Cfr Cat. of the greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 600 sq. (Antoninus Pius), Mionnet II 180, 240 (Aelius).

(Teneæ) P. Lambros Zeitschrift für Numismatik I 319 sq. (Iulia Domna). Bacchus (?) stehend linkshin; er hält in der rechten Hand eine Vase, in der linken einen Speer. Cfr The Journ. of hell. stud. VIII 54.

Sicyone:

Paus. II 7, 5. μετὰ δὲ τὸ θέατρον Διονύσου ναός ἐστι· χρυσοῦ μὲν καὶ ἐλέφαντος ὁ θεός, παρὰ δὲ αὐτὸν Βάκχαι λίθου λευκοῦ. ταύτας τὰς γυναῖκας ἱερὰς εἶναι καὶ Διονύσῳ μαίνεσθαι λέγουσιν. ἄλλα δὲ ἀγάλματα ἐν ἀπορρήτῳ Σικυωνίοις ἐστί· ταῦτα μιᾷ καθ' ἕκαστον ἔτος νυκτὶ ἐς τὸ Διονύσιον ἐκ τοῦ καλουμένου Κοσμητηρίου κομίζουσι, κομίζουσι δὲ μετὰ δᾴδων τε ἡμμένων καὶ ὕμνων ἐπιχωρίων. ἡγεῖται μὲν οὖν, ὃν Βάκχειον ὀνομάζουσιν, Ἀνδροδάμας σφίσιν ὁ Φλίαντος τοῦτον ἱδρύσατο, ἕπεται δὲ ὁ καλούμενος Λύσιος, ὃν Θηβαῖος Φάνης εἰπούσης τῆς Πυθίας ἐκόμισεν ἐκ Θηβῶν. ἐς δὲ Σικυῶνα ἦλθεν ὁ Φάνης, ὅτε Ἀριστόμαχος ὁ Κλεοδαίου τῆς γενομένης μαντείας ἁμαρτὼν δι' αὐτὸ καὶ καθόδου τῆς ἐς Πελοπόννησον ἥμαρτεν. Cfr Herod. V 67.

Paus. II 11, 3. ἐκ Σικυῶνος δὲ τὴν κατ' εὐθὺ ἐς Φλιοῦντα ἐρχομένοις, καὶ ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ δέκα μάλιστα ἐκτραπεῖσι στάδια, Πυραία καλούμενόν ἐστιν ἄλσος, ἱερὸν δὲ ἐν αὐτῷ Προστασίας Δήμητρος καὶ Κόρης. ἐνταῦθα ἐφ' αὑτῶν οἱ ἄνδρες ἑορτὴν ἄγουσι, τὸν δὲ Νυμφῶνα καλούμενον ταῖς γυναιξὶν ἑορτάζειν παρείκασι· καὶ ἀγάλματα Διονύσου καὶ

[1] In arca Cypseli quoque Bacchus barbatus effictus erat. Paus. V 19, 6.

Δήμητρος καὶ Κόρης τὰ πρόσωπα φαίνοντα ἐν τῷ Νυμφῶνί ἐστιν.

Clem. Alex. Protr. p. 33 Potter. Διόνυσον δὲ ἤδη σιωπῶ τὸν Χοιροψάλην· Σικυώνιοι τοῦτον προσκυνοῦσιν, ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες τὸν Διόνυσον μορίων, ἔφορον αἴσχους καὶ τῆς ὕβρεως σεβάζοντες ἀρχηγόν.

Schol. Clem. Alex. Protr. p. 33 Potter. Χοιροψάλην (in Cod. Χοιροψάλαν)· Χοιροψάλας Διόνυσος ἐν Σικυῶνι τιμᾶται τῆς Βοιωτίας (sic), ὡς Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ· ἔστι δὲ μεταλαμβανόμενον ὁ τὸν χοῖρον ψάλλων, τοῦτ' ἔστι τίλλων· χοῖρος δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον κτλ. Cfr Schol. Aesch. Pers. 1063.

Paus. II 11, 8 (Titanæ). ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ, Διονύσου καὶ Ἑκάτης, Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη.

Nummi: Mionnet Suppl. IV 169, 1122 (Domitianus). Bacchus debout, tenant de la main droite le cantharum, et de la gauche son thyrse, à ses pieds, une panthère. Cfr 1126 et Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 55, 241 (Iulia Domna).

Phliunte:

Paus. II 13, 7. ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀμφαλοῦ προελθοῦσι Διονύσου σφίσιν ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ ἄλλο Ἴσιδος. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου δῆλον πᾶσιν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος· τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος τοῖς ἱερεῦσι θεάσασθαι μόνον ἔστι. Cfr Head, Hist. num. p. 344.

Steph. Byz. v. Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καὶ Ἀράντεια ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης. Παυσανίας[1] δὲ ἀπὸ Φλίαντος. καὶ τὸ ἐθνικὸν Φλιούντιος ἢ Φλιούσιος. Φιλήτας δέ φησι, Φλιοῦς πόλις ἐστὶ τοῦ Διονύσου φιλ* υἱὸς Φλιοῦς, ἣν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος κτλ.

[1] II 12, 6.

Nummi: Cat. of the greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 35, 27 (circa 370—280 a. Chr. n.). Obv. Head of young Dionysus r., crowned with ivy; Rev. Bull r., butting; above, thyrsus. Cfr Head, Hist. numor. p. 344.

Bacchus summa religione colebatur a gentibus illis, quarum res sacras in hac commentatione tracto.

Corinthi duobus signis ligneis perantiquis honoratus erat Bacchus, quæ in foro una cum statua Dianæ Ἐφεσίας posita erant. Quod ad rationem, quam cum Diana habebat Bacchus, attinet, ad ea, quæ supra[1] leguntur, delego. Pausanias narrat hæc signa inaurata fuisse præter ora colore rubro inducta[2] et imagines fuisse unum Bacchi Λυσίου, alterum Bacchi Βαχχείου, idemque auctor est exstitisse apud Corinthios fabulas, in quibus proderetur, quomodo et cur hæ statuæ Corinthum pervenissent: iussu Pythiæ Corinthios investigasse arborem, unde Pentheus in Cithaerone feminas bacchantes speculatus esset, et ex ea arbore fabricatos esse signa illa Bacchi. Ex his omnibus duo in primis concludi licet: fabulis, quas de origine signorum Bacchi prodebant Corinthii, nihil aliud significabant nisi summam necessitudinem cultui Corinthio cum Boeotio intercedere, et ornatus ille insolitus signorum mihi ita intelligendus esse videtur, ut vetustatem sanctitatemque cultus Bacchi propriam indicaverit.

Nomina Λύσιος et Βάχχειος simulacris Bacchi indita erant. Eadem cognomina etiam Sicyone duobus signis dei erant; qua de re infra verba faciam, hic mihi liceat commemorare aliis quoque locis duos Bacchos una cultos esse, velut Megaris Bacchus Πατρῷος et Δασύλλιος[3], Herææ Bacchus

[1] p. 47.

[2] Pari modo oblita erant simulacra Bacchi Phelloæ in urbe Achaiæ (Paus. VII 26, 11) et Phigaliæ in urbe Arcadiæ (Paus. VIII 39, 6), ut monet Pausanias. Conferas velim Hesych. ἱερεὺς Διονύσου· Ἐύπολις Ἱππόνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψει.

De more Romanorum antiqua simulacra minio inducendi cfr I. H. Voss ad Verg. Ecl. X p. 514 sq.

[3] Paus. I 43, 5.

Πολίτης et Λῦξίτης [1] una colebantur. Fortasse etiam in insula Naxo Bacchus Βαχχεύς artius in cultu coniunctus erat cum Baccho, cui nomen erat Μειλίχιος [2]. Cognominum illorum, quæ Corinthi et Sicyone Baccho indita erant, prius, Λύσιος, ad vim dei animos hominum curis laxandi [3], alterum, Βάκχειος, ad sacros ritus in cultu dei observatos spectabat. Λύσιος cognominatus Bacchus Thebis [4] quoque colebatur, ubi in honorem eius λύσιοι τελεταί [5], quæ vocantur, celebratæ sunt. Bacchus Βάκχειος etiam in Rhodo invenitur. Memorabile est, quod Corinthii, quantum quidem nobis traditum est, cultum Bacchi nihil reluctantes accepisse videntur [6].

In Isthmo quoque Bacchus templum habebat, quod intra idem sæptum situm erat ac templa Cereris Proserpinæque et Dianæ, ut docet titulus, quem supra attuli. De hoc commercio cultuum, quod non sæpe invenitur, iam supra disserui [7]; memoria tenendum est nobis cognitum non esse, ex quo tempore hæc numina in cultu Isthmio coniuncta fuerint, nam titulus ille, qui secundo post Chr. natum sæculo incisus esse videtur, non aperit, utrum templa illa a P. Licinio Prisco Iuventiano sint ædificata, an antiquitus exstantia ab eo refecta tantum sint.

---

[1] Paus. VIII 26, 1.

[2] Cfr Athen. III 78, c.

[3] Cfr Ael. Arist. Or. IV p. 49 Dindorf.

[4] Paus. IX 16, 6.

[5] Phot. lex. v. λύσιοι τελεταί· αἱ Διονύσου· Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βαηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους καὶ Διονύσου Λυσίου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός (cfr Suid. lex. v. Λύσιοι τελεταί).

[6] Apud schol. Ap. Rh. IV 1212 scripta invenimus: εἰσότε Βακχιάδαι· Βάκχις ἐγένετο υἱὸς Διονύσου, ἐν Κορίνθῳ δὲ διέτριβεν. ἦσαν δὲ εὐγενέστατοι οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὸ γένος ἔχοντες κτλ. Bacchiadas non a Baccho nomen adeptos esse iam L. Dindorf in lex. H. Stephani monuit. Etiam Mileti gentem, cui nomen esset Βακχιάδαι, exstitisse auctor est Hesychius (lex. v. l.).

[7] p. 46 sq.

Bacchum etiam Teneæ cultum fuisse ostendere mihi videtur nummus, quem supra attuli; quamquam concedendum est non satis constare signum huius nummi imaginem Bacchi præbere.

Apud Sicyonios Bacchus summo studio colebatur. Prope theatrum templum ei deo dedicaverant Sicyonii, in quo circa signum dei ipsius ex auro eboreque factum Bacchæ positæ erant[1]. Vel ex ea re colligi licet Sicyonios plurimum ei parti cultus dei attribuisse, quæ per initia et nocturna sollemnia fiebat, quam rem etiam cetera, quæ de hac re nobis tradunt Pausanias aliique, comprobant.

Ut iam supra monui, Sicyone duo Bacchi simul colebantur, Λύσιος et Βάκχειος, quorum signa noctu (ὁἀδων ἡμμένων) carmina consueta canentes ex sacrario quodam in templum dei semel in anno gestare solebant homines. Pausanias narrat cultum Bacchi Βακχείου ab Androdamante, filio Phliantis, herois eponymi Phliasiorum, conditum esse, quod sine dubio ita accipiendum est, ut ad ritus sacros constituendos, quos in hoc Baccho colendo observabant Sicyonii, multum valuisse Phliasios credamus, idemque auctor est Thebanum quendam nomine Phanen iussu Pythiæ Sicyonios perpulisse, ut Bacchum Λύσιον colerent. Itaque apud Sicyonios cultus Bacchi Λυσίου a Boeotiis originem duxit et iussu Pythiæ institutus est, quæ omnia ad summam similitudinem accedunt eorum, quæ de eodem cultu apud Corinthios tradita sunt. Noctu, ut auctor est Pausanias, Sicyonii festum in honorem Βακχείου et Λυσίου celebrabant; eiusmodi sollemnia nocturna sæpenumero in cultu Bacchi inveniuntur — deum ipsum Νυκτέλιον[2] vocatum esse constat.

Etiam alio loco iuxta viam, quæ Sicyone Phliuntem ferebat, Bacchus colebatur. In luco, cui nomen erat Pyræa, templum Cereris Proserpinæque sacrum situm erat; ibi, ut auctor est Pausanias, viri et feminæ separatim sacra faciebant. Feminæ rem divinam perpetrabant in templo, cui nomen erat Νυμφών, ubi inerant signa non solum Cereris

[1] Cfr Head, Hist. num. p. 347.

[2] Megaris. Paus. I 40, 6.

et Proserpinæ sed etiam Bacchi. Quæ res mihi haud dubie ostendere videtur rationem intimam habuisse in cultu Sicyoniorum cum his deabus Bacchum; dolendum est, quod e verbis Pausaniæ — is solus, quantum equidem cognitum habeo, τοῦ Νυμφῶνος mentionem facit — de ætate huius commercii numinum coicere non licet. Hæc tria numina non admodum raro una colebantur, qua de re conferas velim, quæ infra [1] scripta sunt.

Alius quoque Bacchus nomine Χοιροφάλας Polemone auctore apud Sicyonios divino honore fruebatur. Hic deus, si ex significatione nominis concludere licet, nomen suum adeptus esse videtur ab initiis orgiisque, quibus feminæ instinctu divino atque afflatu, ut ferebantur, concitatæ cultum eius dei recentiore ætate inquinaverunt. Tamen recordandum est Clementem Alexandrinum, qui solus memoriam huius cognominis nobis propagavit, id in primis egisse, ut pravas sententias priorum temporum refutaret; quod cum ita sit, in promptu est suspicari hoc cognomen a scriptore quodam tantummodo deo additum numquam fortasse antiquioribus sane temporibus in cultu usurpatum esse.

Titanæ in porticu templi Aesculapii cum alia signa deorum tum simulacrum Bacchi positum erat. Non sæpe in cultu coniuncti reperiuntur Aesculapius et Bacchus; Titana excepta nusquam nisi apud Lacedæmonios [2] et Epidaurios [3] una culti fuerunt hi dei.

Secundum ea, quæ iam supra dicta sunt de cultu Bacchi Βακχείου apud Sicyonios instituto, Bacchum apud Phliasios in præcipuo honore fuisse exspectari licet. Neque aliter hæc res se habebat. Vel ea, quæ de conditoribus Phliuntis tradita sunt, ei deo permultum tribuunt; namque heros ἐπώ-

[1] De cultus commercio Athenis intercedente vide Schol. Luc. dial. mer. VII 4: ἑορτὴ Ἀθήνησι μυστήρια περιέχουσα Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου ἐπὶ τῇ τομῇ τῶν ἀμπέλων καὶ τῇ γεύσει τοῦ ἀποκειμένου ἤδη οἴνου κτλ. Conferas velim, quæ affert E. Rohde Rhein Mus. XXV 557 sq. et quæ infra p. 89 scripta sunt.

[2] In monte Ilio Paus. III 24, 8.

[3] In Aesculapio C. I. G. 1177.

νομος[1], qui vocatur, gentis Phliasiæ filius Bacchi esse ferebatur, quod, ut mea fert opinio, ita intelligendum est, ut credamus necesse sit famam exstitisse apud Phliasios, qua proderetur cultum dei eadem vetustate fuisse atque urbem ipsam. Etiam Pratinas et Aristias scriptores illi, ne dicam inventores, fabularum Phliunte orti erant, atque etiam temporibus Pausaniæ sepulcrum Aristiæ loco conspicuo situm a Phliasiis monstrabatur.

Templum quoque perantiquum habuisse Bacchum Phliunte prope locum, quem Ὀμφαλόν vocabant Phliasii, Pausanias refert.

[1] Paus. II 12, 6 (Ap. Rh. I 115). Cfr Steph. Bys. l. s. l.; Hyg. fab. 14 Phlias[us].

Ceres. Proserpina. Pluto.

Corinthi:

Paus. II 4, 7. ὁ δὲ τῶν Μοιρῶν καὶ ὁ Δήμητρος καὶ Κόρης (sc. ναός) οὐ φανερὰ ἔχουσι τὰ ἀγάλματα.

Hesych. v. Ἐποικιδία· Δημήτηρ ἐν Κορινθῳ.

Plut. Timol. 8. γενομένων δὲ τῶν νεῶν ἑτοίμων, καὶ τοῖς στρατιώταις ὧν ἔδει πορισθέντων, αἱ μὲν ἱέρειαι τῆς Κόρης ὄναρ ἔδοξαν ἰδεῖν τὰς θεὰς πρὸς ἀποδημίαν τινὰ στελλομένας καὶ λεγούσας, ὡς Τιμολέοντι μέλλουσι συμπλεῖν εἰς Σικελίαν. διὸ καὶ τριήρη κατασκευάσαντες ἱερὰν οἱ Κορίνθιοι ταῖν θεαῖν ἐπωνόμασαν. Cfr Diod. Sic. XVI 66.

C. I. G. 1104 (In Isthmo). Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Λικίνιος Πουβλίου υἱός, Αἰμιλίᾳ, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου — — — — —. ὁ αὐτὸς καὶ τὸ Παλαιμόνιον — — — — — — — —, τόν τε περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δήμητρος καὶ Κόρης, καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος σὺν τοῖς ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν καὶ προσκοσμήμασιν καὶ προνάοις ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν, καὶ τοὺς ναοὺς τῆς Εὐετηρίας καὶ τῆς Κόρης καὶ τὸ Πλουτώνειον καὶ τὰς ἀναβάσεις καὶ τὰ ἀναλήμματα ὑπὸ σεισμῶν καὶ παλαιότητος διαλελυμένα ἐπεσκεύασεν [1].

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 228 sq. (c:a 350—338 a. Chr. nat.). Head of Persephone l., wearing earring and necklace, her hair bound

[1] Cfr supra p. 43.

with corn wreath; 265 (c:a 338 a. Chr. nat.). Head of Demeter l., veiled, and wearing corn-wreath. Quod ad signum feminæ nummorum foederis Achaici attinet, quod signum plerique ad Cererem Παναχαίαν spectare crediderunt, legentes ad ea, quæ supra p. 6 attuli, delego.

Sicyone:

Paus. II 11, 2. καταβαίνουσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πεδίον ἱερόν ἐστιν ἐνταῦθα Δήμητρος· ἱδρῦσαι δέ φασιν αὐτὸ Πλημναῖον, ἀποδιδόντα χάριν τῇ θεῷ τοῦ παιδὸς τῆς τροφῆς. Cfr 5, 8.

Hesych. v. Ἐπωπίς· Δημήτηρ παρὰ Σικυωνίοις. [καὶ Ἐπωτίς][1].

Paus. II 11, 3. ἐκ Σικυῶνος δὲ τὴν κατ' εὐθὺ ἐς Φλιοῦντα ἐρχομένοις, καὶ ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ δέκα μάλιστα ἐκτραπεῖσι στάδια, Πυραία καλούμενόν ἐστιν ἄλσος, ἱερὸν δὲ ἐν αὐτῷ Προστασίας Δήμητρος καὶ Κόρης. ἐνταῦθα ἐφ' αὑτῶν οἱ ἄνδρες ἑορτὴν ἄγουσι, τὸν δὲ Νυμφῶνα καλούμενον ταῖς γυναιξὶν ἑορτάζειν παρείκασι· καὶ ἀγάλματα Διονύσου καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης τὰ πρόσωπα φαίνοντα ἐν τῷ Νυμφῶνί ἐστιν.

Nummi: The Journal of hell. stud. VI 80 (Sept. Sev.) Demeter seated on throne, wears polos, holds ears of corn in each hand[2].

Phliunte:

Paus. II 13, 5. ἐν δὲ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλος περίβολός ἐστιν ἱερὸς Δήμητρος, ἐν δὲ αὐτῷ ναός τε καὶ ἄγαλμα Δήμητρος καὶ τῆς παιδός, τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος, ἔστι γὰρ καὶ Ἀρτέμιδος ἐνταῦθα χαλκοῦν ἄγαλμα, ὃ ἐφαίνετο ἀρχαῖον εἶναί μοι.

---

[1] M. Schmidt cancellis sæpsit dittographumena.

[2] Maxime dubium esse mihi videtur, num hic nummus imaginem Cereris re vera præbeat (cfr Pl. LIII H. xx); equidem crediderim signum huius nummi ad simulacrum Veneris, quod fabricatus erat Canachus, referendum esse (Cfr Paus. II 10, 5).

Paus. II 13, 5. κατιόντων δὲ ἐκ τῆς ἀκροπόλεώς ἐστιν Ἀσκληπιοῦ ναὸς ἐν δεξιᾷ, καὶ ἄγαλμα οὐκ ἔχον πω γένεια. ὑπὸ τοῦτον τὸν ναὸν θέατρον πεποίηται. τούτου δὲ οὐ πόρρω Δήμητρός ἐστιν ἱερὸν καὶ καθήμενα ἀγάλματα ἀρχαῖα.

Paus. II 14, 1 (Celeis). τῆς δὲ πόλεως αἱ Κελεαὶ πέντε που σταδίους μάλιστα ἀπέχουσι, καὶ τῇ Δήμητρι ἐνταῦθα δι' ἐνιαυτοῦ τετάρτου τὴν τελετὴν καὶ οὐ κατὰ ἔτος ἄγουσιν. ἱεροφάντης δὲ οὐκ ἐς τὸν βίον πάντα ἀποδέδεικται, κατὰ δὲ ἑκάστην τελετὴν ἄλλοτέ ἐστιν ἄλλος σφίσιν αἱρετός, λαμβάνων, ἢν ἐθέλῃ, καὶ γυναῖκα, καὶ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν Ἐλευσῖνι νομίζουσι, τὰ δὲ ἐς αὐτὴν τὴν τελετὴν ἐκείνων ἐστὶ μίμησις· ὁμολογοῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ μιμεῖσθαι Φλιάσιοι τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώμενα. Δυσαύλην δέ φασιν ἀδελφὸν Κελεοῦ παραγενόμενόν σφισιν ἐς τὴν χώραν καταστήσασθαι τὴν τελετήν, ἐκβληθῆναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἐλευσῖνος ὑπὸ Ἴωνος, ὅτε Ἴων Ἀθηναίοις ὁ Ξούθου πολέμαρχος τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ἠρέθη πολέμου. τοῦτο μὲν δὴ Φλιασίοις οὐκ ἔστιν ὅπως ὁμολογήσω — — — — — — — — — — — — — — — — —. τοῦ δὲ Ἀνακτόρου καλουμένου πρὸς τῷ ὄρει Πέλοπος λέγουσιν ἅρμα ἀνακεῖσθαι.

Cererem Proserpinamque religiosissime venerati sunt et Corinthii et Sicyonii et Phliasii, ut exspectari licet in deabus, quarum cultus per totam fere Græciam florebat.

Corinthi in ipsa arce teste Pausania templum his deabus dedicatum erat. Simulacra dearum, quæ in hoc templo inerant, non omnibus videre fas erat, quæ res mihi indicare videtur Corinthi quoque sicut aliis locis permultis sacra, quæ in honorem Cereris Proserpinæque fiebant, arcana fuisse. Auctor noster templi dearum talibus verbis usus mentionem facit, ut suspicandum sit necessitudinem quandam cultus intercessisse illis cum Parcis, quæ item templum in Acrocorintho situm habebant. Qua de re conferas velim, quæ infra de cultu Parcarum afferam.

Hesychius Corinthios Cererem nomine Ἐποικιδίαν coluisse docet, quod cognomen deam domum domesticasque res

tuentem significasse apparet. Quod sciam, nullo alio loco hoc nomen Cereri inditum est.

Apud Plutarchum scriptum est sacerdotes Proserpinæ, cum in eo esset, ut Timoleon in Siciliam proficisceretur, somnium vidisse; sed in eadem serie verborum scripta videmus τὰς θεάς et ταῖν θεαῖν, unde elucet hoc loco de sacerdotibus, quibus mandatum erat, ut Proserpinæ soli rem divinam perpetrarent, non agi. Id modo e verbis Plutarchi coicere liceat, Cererem recentiore ætate filiæ in cultu ex parte cessisse, quæ opinio magis etiam ea re confirmatur, quod in nummis haud multis Corinthiis, qui signa harum dearum præbent, imago Proserpinæ multo sæpius quam Cereris invenitur.

Scholiastes Pindari [1] narrat Medeam famem urgentem Cereri et Nymphis Lemniis sacrificando a Corinthiis avertisse. Quæ verba mihi indicare videntur cultum Cabirorum, nam eo spectat coniunctio illa Cereris cum Nymphis Lemniis, etiam Corinthum, sicut iam pridem in Boeotia innotuit[2], pervenisse.

Per titulum illum Isthmium, cuius partem supra attuli, compertum habemus Cererem Proserpinamque duo, ut videtur, templa in Isthmo habuisse. Alterum eorum intra idem sæptum situm erat ac templa Bacchi et Dianæ, unde concludere possumus hæc numina in cultu quoque coniuncta fuisse; quod ad hoc commercium numinum attinet, ad ea, quæ supra [3] in cultu Dianæ tractando scripsi, delego. Ceres et Proserpina etiam aliis locis coniunctæ erant cum Baccho, quam rem paulo uberius infra tractabo, cum de cultu harum dearum apud Sicyonios instituto verba faciam. Titulus noster id quoque prodit in Isthmo fuisse τοὺς ναοὺς τῆς Εὐετηρίας καὶ τῆς Κόρης et τὸ Πλουτώνειον. Quis erat autem ἡ Εὐετηρία

---

[1] Ol. XIII 74 Μηδείας μέμνηται, ὅτι ἐν Κορίνθῳ κατῴκει καὶ ἔπαυσε Κορινθίους λιμῷ κατεχομένους θύσασα Δήμητρι καὶ Νύμφαις Λημνίαις.

[2] Preller-Robert, Gr. Myth. I 861 sq.

[3] p. 46 sq.

illa? Optime, ut meus fert sensus, hanc interpretamur Cererem, quippe cui ut deæ magnam copiam et anniversariorum redituum exuberantiam largienti hoc cognomen aptissime inditum sit. Plerique [1] sibi persuaserunt τὴν Εὐετηρίαν deam, ut ita dicam, sui iuris fuisse, quam Abundantiam appellaverunt. Sed quantum equidem scio, nusquam alibi ἡ Εὐετηρία culta est, et cum huc accedat, quod Ceres sæpenumero in cultu cum his ipsis numinibus, Proserpina et Plutone, coniuncta reperitur et Abundantia illa, etiamsi eam a Cerere disiungamus, nihil aliud fit nisi hypostasis [2], quæ vocatur, eius deæ, facere non possum, quin existimem Εὐετηρίαν illam eandem fuisse atque Cererem [3]. Credo igitur equidem Cererem, Proserpinam, Plutonem in Isthmo una cultos esse, quæ numina in cultu coniuncta inter se fuisse etiam Hermionæ [4], in viculo Mysia prope Argos sito [5], Lacedæmone [6], prope Pylum [7], alibi [8] constat. In titulo sæpe laudato scripta legimus: τοὺς ναοὺς τῆς Εὐετηρίας καὶ τῆς Κόρης καὶ τὸ Πλουτώνειον, unde concluserit quispiam Plutonem in Isthmo cultum habuisse a Cerere et Proserpina disiunctum. Neque tamen esse mihi videtur, cur credamus rem se ita habuisse. Namque, etiamsi Eustathio ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ πόλει βωμὸν Ἅιδου εἶναι affirmanti [9] credendum non est — Pausanias narrat [10] cultum Plutonis apud Eleos institutum fuisse — ut perraro templa ei deo soli dedicata inveniri, ita sæpissime una cum

---

[1] Cfr Welcker, Gr. Götterl. II 470, III 137; C. Bursian, Geogr. v. Griechenl. II 21; Preller-Robert, Gr. Myth. I 767. A. Fick, Die griech. Personenn.[2] p. 452.

[2] In nummis aliquot in Aegypto excusis imago Abundantiæ (ΕΥΘΗΝΙΑ) insignibus Cereris exornata invenitur. Head, Hist. num. p. 722.

[3] Cfr H. Usener, Götternamen p. 369.

[4] Paus. II 35, 9 sq.

[5] Paus. II 18, 3.

[6] Paus. III 14, 5; 19, 4 (Amyclis). Cfr Wide, Lak. Kult. p. 175.

[7] Strab. VIII 344.

[8] Cfr Chr. Scherer in Rosch. Lex. d. Myth. I 1788 sq.

[9] Ad. Il. I v. 158 p. 744 ed. Rom.

[10] Paus. VI 25, 3.

his ipsis deabus Plutonem cultum esse inter omnes constat [1].

Apud Sicyonios cultus Cereris et Proserpinæ vetustissimus fuisse videtur. Primum quidem commemorandum est urbem ipsam Μηκώνην [2] appellatam esse, quia, ut fama ferebat, Ceres ibi primum papaver, herbam eius deæ sacram, invenerat; quæ fabula, etiamsi ei non, ut verba sonant, credimus, tamen aperte ostendit cultum Cereris Sicyone institutum ab antiquissimis temporibus secundum communem opinionem originem duxisse.

Cererem in urbe Sicyoniorum cultam esse Pausanias testatur. Narrat enim ætate sua ibi remansisse templum, quod Plemnæus, rex quidam antiquior Sicyoniorum gratiam deæ referens, quod educasset filium, Cereri dedicasset. Qua de re alio loco apud eundem scriptorem est Plemnæum illum, cum omnes liberos, quos peperisset uxor eius, amisisset, ad tantam misericordiam Cererem flexisse, ut figura peregrinæ mulieris induta curam filii Orthopolidis susciperet. Nemo est, quin perspiciat hæc ad summam similitudinem accedere eorum, quæ Eleusine de Demophonte prodebantur – id tantum mutaverunt Sicyonii, quod, ut sibi ipsis gloriam vindicarent, opus erat. Animadversione dignum est, quod Pausanias ne uno quidem verbo significat, utrum hoc templum commune fuerit Cereri cum Proserpina necne, ex quo silentio quamquam nihil certi concludere licet suspicionem affert hic de antiquo cultu principio in honorem Cereris solius condito agi, in quem postea multa ex cultu Eleusinio orta irrepserint.

[1] E. Gerhard, Gr. Myth. § 410 n. 7 contendit Cererem Πελασγίδα a Corinthiis cultam esse, quod sicut maxima pars ceterarum rerum, quæ in eadem nota insunt, mihi probari non potest; vel locus laudatus, Paus. II 22, 2, ostendit de sacris Corinthiorum non agi. Etiam F. G. Welcker, Gr. Götterl. II 506, falso Cererem Μυσίαν templum Corinthi habuisse credit.

[2] Strab. VIII 382. τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν κτλ. Et. Magn. v. Μηκώνη: εἴρηται οὕτως, ὅτι ἐνταῦθα πρῶτον εὗρε τὸν τῆς μήκωνος καρπὸν ἡ Δημήτηρ. Cfr Steph. Byz. v. Σικυών.

Præter deam in hoc templo cultam Hesychius Sicyonios Cererem Ἐπωπίδα[1] veneratos esse tradit. E. Curtius[2], C. Bursian[3], alii[4] credidere ædem a Plemnæo ædificatam huic deæ dedicatam fuisse. Sed vide ut argumento ullo probata sit hæc sententia, et vix credibile sit Pausaniam, qua est cognitione omnium rerum, quæ ad cultum Cereris Proserpinæque spectabant, nomen silentio præteriturum fuisse, si ætate eius usurpatum esset. Quod cum ita sit, aptissimum esse videtur id solum contendere Cererem ita cognominatam a Sicyoniis cultam fuisse. Tum oritur quæstio, quid significaverit illud Ἐπωπίς. Mea quidem sententia intelligendum est "late prospiciens", id est, cum de numine agitur, "cuius vis late patet, magna est"[5]; difficilius forsitan sit diiudicare, utrum hoc cognomen ad munus certum, ut ita dicam, deæ spectaverit necne. In medio relinquendum hoc est, sed minime mihi quidem credibile videtur aut vim quandam deæ oculis medendi[6] significasse aut idem fuisse atque Ἐπιθαλασσία[7].

Haud longe a Sicyone in luco, cui nomen erat Πυραία, templum Cereri Προστασίᾳ cum Proserpina commune erat, ubi teste Pausania viri et feminæ separatim festum in honorem numinum celebrabant. Vel nomen Πυραία, quod mihi cum stirpe πῦρ (πῦρ, πυρά) cohærere videtur, significat lu-

---

[1] Per errorem, ni fallor, Preller-Robert, Gr. Myth. I 750 n. 3, Ἐπωπία scripsit.

[2] Peloponnesos II 496, 585.

[3] Geogr. v. Griechenl. II 30, n. 1.

[4] Cfr Bloch in Rosch. Lex. d. Mythol. II 1294.

[5] Conferas velim cognomina Iovis Ἐπόπτης, Ἐπωπέτης, Ἐπόψιος, Πανόπτης, quæ ad unum omnia ad rerum omnium potentiam summi dei significandam spectabant. Cfr etiam Ceres Εὐρώπη Lebadeæ (Paus. IX 39, 4—5) culta.

[6] In hac re ab omni parte assentior O. Rubensohnio, qui ipse parvi ducit coniecturam suam. Cfr Mittheil. d. deutsch. Instit. Ath. Abth. XX 364 n. 2.

[7] I. Baunack (Stud. auf dem Geb. des Griech. p. 68 sq.), quem secutus est O. Crusius (Beiträge zur Griech. Mythol. p. 23 sq.; cfr not. 5 ead. pag.), ostendere conatus est Cererem Ἐπωπίδα deam marinam fuisse; ille monet stirpem sanscr. âp- in hoc cognomine sicut

cum illum certa iam pridem et confirmata sanctitatis laude ex crebris sacrificiis orta floruisse. Credo igitur cultum ibi institutum perveterem fuisse, neque est dubium, quin principio in honorem Cereris tantum et Proserpinae celebratus sit; postea additus est Bacchus, nam eius quoque statua in sacrario, ubi feminae sacra sua faciebant, posita erat. Itaque hic eadem tria numina coniuncta habemus, quae in Attica [1], in Isthmo (vide supra), apud Lernam paludem [2], Thelpusae [3] una colebantur. Προστασία nomen erat Cereri, quam in luco Pyraea colebant Sicyonii. Cum hac Cerere conferendus est Apollo Προστατήριος [4], cui templum Megaris [5] dedicatum erat, et cui ante comitia habenda sacrificare apud Athenienses mos erat [6]. Cui sicut hoc cognomen indebatur non solum ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἵδρυται [7], sed quia omnino numero deorum tutelariorum habebatur, ita Ceres Προστασία dea erat, quae praeerat rebus humanis, in primis fertilitati terrae, cum qua secundum opinionem antiquarum gentium artissime cohaerebat fecunditas mulierum. Quod ut credam, cum nomine adducor, quod sacello impositum erat, ubi sacra sua perpetrabant feminae — Νυμφῶν appellabatur — tum

in aliis permultis (Μετώπη, Σινώπη, Ἀσωπός, Ἰνωπός) inesse, hic ex eo, quod duo templa Cereris magni momenti, in Attica et in Samothracia, iuxta mare sita fuerunt, et quod ei deae saepenumero cum Neptuno necessitudo intercedebat, concludit Cererem a Tyrrhenis numero deorum marinorum habitam esse. Sed quantum equidem cognitum habeo, Sicyonii numquam laude inter populos res navales capessentes floruerunt, et ratio, quam cum mari nonnullis locis habebat Ceres, e cultu Cabirorum, quem apud Sicyonios institutum fuisse nemo adhuc demonstravit, orta esse videtur. Is Neptunus, cum quo persaepe coniungebatur Ceres, nihil ad vim marinam eius deae comprobandam valet.

[1] Cfr Wide Mittheil. des deutsch. arch. Inst. Ath. Abth. XIX 279.

[2] Paus. II 37, 1.

[3] Paus. VIII 25, 3.

[4] Dianam Προστατηρίαν commemorat Aeschylus Sept. v. 449 Weil.

[5] Paus. I 44, 2.

[6] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 276 n. 1.

[7] Schol. Soph. El. v. 637. Cfr Hesych. et Phot. lex. v. l.

eo, quod viris rebus sacris feminarum interesse non licebat. Eiusmodi sollemnia in honorem Cereris etiam Pellenæ [1] et Agilæ [2] agebantur. Hæc omnia reputans facere non possum, quin credam Cererem Προστασίαν eandem fuisse ac Cererem Θεσμοφόρον, cuius cultus per maximam partem Græciæ [3] pervagatus erat.

Apud Phliasios Ceres et Proserpina complura templa habebant, quorum unum in ipsa arce in luco Cereris sacro situm erat. Quæ res documento est Phliasios his deabus permultum tribuisse. In eodem templo divino honore fruebatur Diana, qua de coniunctione numinum iam supra verba feci.

Aliud quoque templum Cereris sacrum haud procul ab Aesculapio in arce situm erat, in quo antiqua signa sedentia Cereris et Proserpinæ inerant.

Caput sacrorum Cereris Phliasiorum fuisse videntur Celeæ, oppidulum haud procul a Phliunte ad meridiem versus situm. Ibi in anactoro, quod vocabant, quarto quoque anno mysteria fecisse Cereris Proserpinæque Phliasios Pausanias narrat. Qui multis verbis explicans, et unde originem duxerint et quomodo a ritibus Eleusiniis discrepaverint hæc mysteria, monet Phliasios ipsos putasse plurimum ad suum cultum Cereris constituendum valuisse ea, quæ Eleusine ab antiquitate prodita essent [4]. Quod nemo negaverit, ut res erant temporibus auctoris nostri. Sed re vera cultus Cereris pervetus fuisse videtur Celeis, quod ea re probabile fit, quod antiquissimos reges suos cum cultu illo coniungebant Phliasii; neque enim dubitari potest, quin ad cultum Celeis institutum spectaverit Pausanias his verbis [5]: καὶ πρὸ τῆς τελετῆς, ἣν τῇ Δήμητρι ἄγουσιν Ἄραντα

[1] Paus. VII 27, 10.

[2] Paus. IV 17, 1.

[3] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 777 sq.

[4] Commemorandum est templum Cereris Celeis sicut Eleusine ἀνάκτορον vocatum esse. Herod. IX 65; Athen. IV 167 f.

[5] II 12, 5.

καὶ τοὺς παῖδας καλοῦσιν ἐπὶ τὰς σπονδάς, ἐς ταῦτα βλέποντες τὰ ῥήματα. Aras et liberi eius haud procul a Celeis sepulti erant. Postea evalescente magis in dies cultu Eleusinio Dysaules fabulis Phliasiorum ita insertus est, ut mysteria condidisse et eodem loco atque Aras sepultus esse crederetur.

Aesculapius. Hygia.

Corinthi:

Paus. II 4, 5. πρὸς τούτῳ τῷ γυμνασίῳ ναοὶ θεῶν εἰσιν, ὁ μὲν Διός, ὁ δὲ Ἀσκληπιοῦ. τὰ δὲ ἀγάλματα, Ἀσκληπιὸς μὲν καὶ Ὑγίεια λευκοῦ λίθου, τὸ δὲ τοῦ Διὸς χαλκοῦν ἐστιν[1].

Paus. II 2, 3 (Cenchreis). κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἴσιδος ἱερά.

Nummi: Mionnet II 180, 237 (Sabina) Aesculape debout, avec ses attributs. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 620 (L. Verus) Asklepios facing, head l. and Hygieia r.; the former holding serpent-staff, the latter feeding serpent from patera; 638 (Commodus) Asklepios, clad in himation, standing facing, head l., holding serpent-staff; 671 (Plautilla). Mionnet II 189, 308 (Gordianus Pius). Hygiée debout, tenant dans la main droite une patère, et dans la gauche un serpent.

Sicyone:

Paus. II 10, 2. ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ διπλοῦν ἐστιν

[1] Roehl, I. G. A. 549. Καφισόδωρος Λεσχλαβιῷ. Is, qui hunc titulum edidit, animadvertit: Litteratura ea est, qua Corinthii et Megarenses et coloni utrorumque utebantur, ut inde alicunde statuam (in qua incisa sunt verba allata) Bononiam āblatam esse indicandum sit. (= C. I. G. 6737). Cfr C. Blinkenberg, Asklep. og hans fænder 18 sq.

οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καὶ οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρῳ δὲ Ἀπόλλωνι ἀνείται Καρνείῳ, καὶ ἐς αὐτὸ οὐκ ἔστι πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἔσοδος. κεῖται δὲ ἐν τῇ στοᾷ κήτους ὀστοῦν θαλασσίου μεγέθει μέγα, καὶ μετ' αὐτὸ ἄγαλμα Ὀνείρου, καὶ Ὕπνος κατακοιμίζων λέοντα. Ἐπιδώτης δὲ ἐπίκλησιν. ἐς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐσιοῦσι καθ' ἑκάτερον τῆς ἐσόδου τῇ μὲν Πανὸς καθήμενον ἄγαλμά ἐστι, τῇ δὲ Ἄρτεμις ἕστηκεν. ἐσελθοῦσι δὲ ὁ θεός ἐστιν οὐκ ἔχων γένεια, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, Καλάμιδος δὲ ἔργον· ἔχει δὲ καὶ σκῆπτρον, καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς πίτυος καρπὸν τῆς ἡμέρου. φασὶ δέ σφισιν ἐξ Ἐπιδαύρου κομισθῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ ζεύγους ἡμιόνων, δράκοντι εἰκασμένον, τὴν δὲ ἀγαγοῦσαν Νικαγόραν εἶναι Σικυωνίαν, Ἀγασικλέους μητέρα, γυναῖκα δὲ Ἐχετίμου. ἐνταῦθα ἀγάλματά ἐστιν οὐ μεγάλα ἀπηρτημένα τοῦ ὀρόφου. τὴν δὲ ἐπὶ τῷ δράκοντι Ἀριστοδάμαν Ἀράτου μητέρα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἄρατον Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι νομίζουσιν. οὗτος μὲν δὴ παρείχετο ὁ περίβολος τοσάδε ἐς μνήμην. Cfr Athen. VIII 351 e.

Paus. II 11, 5 (Titanae). ὕστερον δὲ Ἀλεξάνωρ ὁ Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ παραγενόμενος ἐς Σικυωνίαν ἐν Τιτάνῃ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐποίησε. περιοικοῦσι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι, καὶ τὸ πολὺ οἱ οἰκέται τοῦ θεοῦ, καὶ κυπαρίσσων ἐστὶν ἐντὸς τοῦ περιβόλου δένδρα ἀρχαῖα· τὸ δὲ ἄγαλμα οὔτε ὁποίου ξύλου γέγονεν ἢ μετάλλου μαθεῖν ἔστιν, οὔτε τὸν ποιήσαντα ἴσασι, πλὴν εἰ μή τις ἄρα ἐς αὐτὸν τὸν Ἀλεξάνορα ἀναφέροι. φαίνεται δὲ τοῦ ἀγάλματος πρόσωπον μόνον καὶ ἄκραι χεῖρες καὶ πόδες· χιτὼν γὰρ οἱ λευκὸς ἐρεοῦς καὶ ἱμάτιον ἐπιβέβληται. καὶ Ὑγιείας δ' ἔστι κατὰ ταὐτὸν ἄγαλμα· οὐκ ἂν οὐδὲ τοῦτο ἴδοις ῥᾳδίως, οὕτω περιέχουσιν αὐτὸ κόμαι τε γυναικῶν, αἳ κείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. ᾧ δ' ἂν ἐνταῦθα τούτων ἱλάσασθαι θελήσῃ τις, ἀποδέδεικταί οἱ τὸ αὐτὸ σέβεσθαι τοῦτο ὃ δὴ καὶ Ὑγίειαν καλοῦσι. τῷ δὲ Ἀλεξάνορι καὶ Εὐαμερίωνι, καὶ γὰρ τούτοις ἀγάλματά ἐστι, τῷ μὲν ὡς ἥρωϊ μετὰ ἥλιον δύναντα ἐναγίζουσιν. Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. εἰ δὲ ὀρθῶς εἰκάζω, τὸν Εὐαμερίωνα τοῦτον Περγαμηνοὶ Τελεσφόρον ἐκ μαντεύ-

ματος. Ἐπιδαύριοι δὲ Ἄκεσιν ὀνομάζουσι. τῆς δὲ Κορωνίδος, ἔστι μὲν καὶ ταύτης ξόανον, καθίδρυται δὲ οὐδαμοῦ τοῦ ναοῦ· θυομένων δὲ τῷ θεῷ ταύρου καὶ ἀρνὸς καὶ ὑὸς ἐς Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὴν Κορωνίδα μετενεγκόντες ἐνταῦθα τιμῶσιν. ὁπόσα δὲ τῶν θυομένων καθαγίζουσιν, οὐδὲ ἀποχρᾷ σφισιν ἐκτέμνειν τοὺς μηρούς. χαμαὶ δὲ καίουσι πλὴν τοὺς ὄρνιθας, τούτους δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς, Ἡρακλῆς καὶ Νῖκαι πρὸς τοῖς πέρασίν εἰσιν. ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ, Διονύσου καὶ Ἑκάτης, Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα, λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος. παρὰ δὲ τοὺς δράκοντας ἐσιέναι τοὺς ἱεροὺς οὐκ ἐθέλουσιν ὑπὸ δείματος· καταθέντες δέ σφισι πρὸ τῆς ἐσόδου τροφὴν οὐκέτι πολυπραγμονοῦσι. κεῖται δὲ χαλκοῦς ἀνὴρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου Γρανιανὸς Σικυώνιος κτλ. Cfr 27, 1 et VII 23, 8.

Bull. de corr. hell. III 193

Εὐκαίρου
Ἀσκληπιῷ
Τειτανίῳ
χ]αριστήριον
ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς)

Nummi: The Journal of hell. stud. VIII 54 (Geta) Asklepios seated on throne, sceptre in raised left hand, right hand extended over the head of a snake. Mionnet II 201, 382 (Plautilla) Hygiée debout, avec ses attributs.

Phliunte:

Paus. II 13, 5. κατιόντων δὲ ἐκ τῆς ἀκροπόλεώς ἐστιν Ἀσκληπιοῦ ναὸς ἐν δεξιᾷ, καὶ ἄγαλμα οὐκ ἔχον πω γένεια.

Nummi: Mionnet Suppl. IV 159, 1044 (Sept. Sever.). Aesculape debout, à demi couvert du pallium, la main gauche posée sur un bâton entortillé d'un serpent. Cfr Eckhel, Doctr. num. vol. II 259 Typus: Aesculapius imberbis stans, et Head, Hist. num. p. 345.

Cultus Aesculapii apud Corinthios nulla laude præcipua floruisse videtur. Unum tantum templum, quantum equidem cognitum habeo, hic deus in ipsa urbe habuit, quod iuxta viam, quæ ex foro Sicyonem ducebat, situm erat. Eius templi Pausanias talibus verbis usus mentionem facit, ut suspicari liceat rationem quandam Aesculapio Corinthio cum Ioue intercessisse; quod commercium cultuum fortasse etiam Megaris invenitur [1]. In templo Aesculapii signa et dei ipsius et Hygiæ inerant. Nummi Corinthii, qui ad hunc cultum spectant, et Aesculapium solum et Hygiam solam et imagines amborum una positas præbent; antiquissimi Aesculapium solum habent. Commemorandum est, quamquam non ita multum ex silentio auctoris coici potest, nullam mentionem apud Pausaniam de societatis quodam vinculo inter cultus Apollinis et Aesculapii apud Corinthios intercedente fieri. Idem recte dici potest de cultu, quo Cenchreis fruebatur Aesculapius. Ibi quoque hic deus templum habebat, quod in mole portus una cum templo Isidis positum erat; quorum numinum coniunctionem nonnumquam etiam aliis locis inveniri infra demonstrabo. Hygiam autem Cenchreis una cum Aesculapio cultam fuisse haud facile crediderim, namque hic Isin complementum muliebre habebat deus noster [2]; argumentum, quo ibi cultam fuisse Hygiam comprobatum vult Thræmer [3], nihil tale efficit, neque enim ad Cenchreas, portum Corinthi, sed ad Cenchreas, oppidulum

[1] Paus. I 40, 6. Non satis apparet, quid re vera significent verba auctoris nostri, quæ loco laudato sunt, sed certe ita accipi possunt, ut signa Aesculapii et Hygiæ in templo Iovis Κονίου posita fuisse indicare videantur. In comparationem vocari possunt Iuppiter Ἀσκλαπιός Hermionæ (C. I. G. 1198) et Epidauri (Ἐφ. ἀρχ. 1884 σελ. 24 No. 65), Iuppiter Παιάν in insula Rhodo (Hesych. v. Παιάν), Iuppiter Τροφώνιος Lebadeæ (Strab. IX 414; Liv. XLV 27, 8) culti. Etiam Pergami Iuppiter Ἀσκληπιός colebatur (Ael. Arist. Or. VI p. 64 Dind.). Neque in Thessalia neque in maxima parte Peloponnesi hi dei coniuncti colebantur.

[2] Conferas velim Isin-Hygiam in Delo cultam. Bull. de corr. hell. VI 339 No. 42.

[3] In Pauly-Wissow. Real-Encycl. II 1665.

ab australibus partibus Argorum urbis[1] situm — nisi vere coniecit Hiller de Gærtringen urbem eiusdem nominis in Rhodo quoque sitas fuisse — spectare mihi videtur titulus, quem allatum habet Thræmer[2].

Multo maioris momenti erat cultus Aesculapii, qui apud Sicyonios institutus erat. Et primum quidem sacra in ipsa urbe celebrata attendamus. Pausanias, et unde originem duxerit, et qualis fuerit hic cultus, copiose disserens auctor est templum Aesculapii vallo circumdatum fuisse, intra quod etiam alia numina permulta: Somnum, Apollinem Κάρνειον, Somnium, Panem, Dianam venerabantur homines; qua de re infra verba faciam. Signum dei, quod ætate auctoris nostri in templo positum erat, ex auro eboreque factum erat et in speciem iuvenis imberbis effictum altera manu sceptrum, altera strobilum tenebat. Apparet hanc effigiem non ita vetustam fuisse — Pausanias docet Calamin artificem fuisse — nam fabulis Sicyoniorum proditum erat deum ad similitudinem serpentis, animalis Aesculapii sacri, formatum[3] Epidauro Sicyonem mulis vectum esse. Ex Epidauro igitur originem duxisse cultum Aesculapii Sicyoniorum fama erat temporibus Pausaniæ[4]. Sed vide ne hoc fictum sit iis ipsis temporibus, cum cultus Epidaurius tantum prævalebat, ut sacra Aesculapii aliis locis celebrata obscuraret. Maximum argumentum est rem se ita habuisse, quod Epidaurii Apollini in Aesculapio colendo locum plane alium ac Sicy-

[1] Cfr E. Curtius, Peloponnesus II 366 et 564 n. 20.

[2] L. l. Cfr Hiller de Gærtringen I. G. I. No. 26 Νικασικράτης Μνασιδώρο[υ] Ἀσκληπιῶ[ι τ]ῶι ἐν Κεγχρεαῖ[ς] ταῖς ἐν Ἄργει καὶ Ὑγιείαι. Infra cum alia tum hæc verba Gærtringen allata habet: Ac notus quidem Lindiorum pagus est Argos: sed ibi quoque Cenchreas fuisse quis est, qui affirmare audeat?

[3] Mihi in dubio non esse videtur, quin hæ fabulæ memoriam redintegraverint temporum, cum homines deos suos in species animalium effictos colebant.

[4] Eadem de cultu Aesculapii etiam aliis locis condito prodita erant, qua de re conferas velim, quæ nuper Thræmer in Pauly-Wissow. Real-Encycl. II 1650 sq. attulit.

onii tribuebant: apud illos et in fabulis [1] pater Aesculapii appellabatur Apollo et in cultu inter se artissime coniuncti erant hi dei atque id ita, ut Apollo saepenumero priorem locum teneret [2], apud hos nihil tale commemoratum est. Nam quamquam negari non potest Apollinem etiam apud Sicyonios rationem cum Aesculapio in cultu habuisse, tamen tantum abest, ut Sicyone pater Aesculapii habitus sit Apollo aut interiorem quandam rationem cum illo habuerit, ut hi dei ibi vix σύνναοι essent. Pausanias enim auctor est intra saeptum templi Aesculapii διπλοῦν οἴκημα fuisse, quod Somno et Apollini Καρνείῳ consecratum esset: Somnus igitur et Apollo σύνναοι erant Sicyone, et Apollo Κάρνειος intra delubrum Aesculapii pari et aequo iure aetate Pausaniae usus esse videtur ac Somnus aliique, qui numero Aesculapium comitantium habebantur. Duabus, ut meus fert sensus, viis ad hunc gradum pervenisse Apollinem cogitari potest: aut deus antiquior erat Apollo Κάρνειος, cuius cultum Aesculapius magna ex parte obscuravit, aut Aesculapius prius divino honore fruitus sibi eodem modo Apollinem Κάρνειον conciliavit atque alios comites, quorum opera et auxilio, ut ita dicam, in munere suo divino perfungendo utebatur. At sine dubio vetustior erat deus apud Sicyonios Apollo Κάρνειος, quae res vel eo comprobatur, quod sacerdotes eius magistratus eponymi per aliquod tempus Sicyone fuerunt [3]; huc accedit, quod re vera antiquioribus temporibus Apollo munera, quae postea suscepta habebat Aesculapius, ex parte explesse videtur. Nam apud Sicyonios tradita erat [4] fabula, qua prodebatur Proetum gratia beneficiorum commotum, quibus filiae liberatae essent furore, templum Apollini dedi-

---

[1] v. Wilamowitz, Isyll. von Epidaur. p. 13 v. 12 sq. Paus. II 26, 4 sq.

[2] Cfr Wide, De sacris p. 55; Blinkenberg, Asklepios og hans frænder p. 31 sq.

[3] Euseb. Chron. II 56 Schoene. Cfr supra p. 42.

[4] Paus. II 7, 8. Alii rettulerunt Aesculapium filias Proeti sanasse, Schol. Eur. Alc. 1, Sext. Emp. Adv. math. I 261. Cfr Schol. Pind. Pyth. III 96.

casse. Quæ cum ita sint, mea sententia ad eos auctores sequendos inclinat, qui nullam vetustatem præcipuam cultui Epidaurio attribuentes cultum Aesculapii Sicyonium — sicut omnino cultum eius in Peloponneso institutum — a septentrionibus repetierunt.

In aditu templi Aesculapii positæ erant statuæ Panis et Dianæ. Aesculapius cum Pane nusquam alibi in cultu coniungebatur, cum Diana autem non ita raro cultus necessitudo ei intercedebat. Nam præter hunc locum hæc numina una culta reperimus Lacedæmone [1] et Hypsis, in oppidulo Lacedæmonio [2], ubi templum commune habebant; etiam Epidauri [3] in luco Aesculapii sacro templum habebat Diana et Mantineæ [4] templum Aesculapio cum Latona liberisque eius commune erat.

Intra sæptum templi Aesculapii etiam Somnus, ut iam supra ostendi, delubrum, quod ei cum Apollini Καρνείῳ commune erat, habebat. Ad vim et naturam Aesculapii aptissimum est, quod Somnus et Somnium — nam huius quoque signum in eadem porticu atque Somni positum erat — cum eo, deo artem medendi tuente, in cultu coniungebantur. Vix necesse est commemorare incubationem, quæ vocatur, semper fere partem fuisse eorum, quæ in Aesculapio colendo observabantur; etiam apud Athenienses [5] Somnus cum Aesculapio (et Hygia) coniungebatur.

Nulla mentio Hygiæ in cultu Aesculapii Sicyoniorum describendo apud Pausaniam fit; nummi autem et Aesculapii et Hygiæ signa præbent, sed, quod sciam, numquam una posita.

Titanæ cultum Aesculapii, qui multa ex summa vetustate servata habebat, reperimus. Pausanias, qui in hac quoque re auctor est noster, refert Aesculapium ibi templum ab Alexa-

[1] C. I. G. 1444.

[2] Paus. III 24, 8.

[3] Paus. II 27, 5.

[4] Paus. VIII 9, 1.

[5] C. I. A. III 132 a. Ἀσκλαπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ καὶ τῷ Ὕπνῳ Θεωρικὸς Συνδρόμου Στειριεὺς χαριστήριον.

nore, filio Machaonis, exstructum habuisse templumque illud, circa quod cum alii tum familia dei, id est sacerdotes æditumique, habitaret, in cupresseto situm signum dei habuisse, cuius et materiam et artificem omnes ignorarent, neque quidquam eius signi præter os et extremas partes manuum pedumque in conspectu fuisse, quippe cum alias partes vestis obtegeret. Hic paulum moremur. Primum quidem ex ea re, quod Alexanorem conditorem templi nominat auctor noster, coici licet templum ætate eius pervetus habitum esse; nam Alexanor ille Pausaniæ ad tempora heroum transferendus esse videbatur sicut in iis, quæ infra dicentur, ostendetur. Et signum dei mirum in modum exornatum erat: tunica et pallio totum tegebatur, ut minima pars in conspectum caderet. Mos signa deorum hoc modo vestiendi [1] summam vetustatem indicat et locus ille e Pausania exhibitus eo memorabilis est, quod solus argumento est talia signa in cultu Aesculapii usurpata esse; præterea haud multum eiusmodi signa differebant ab antiquis signis deorum [2], quæ nonnumquam nihil aliud erant nisi pali aut columnæ, quorum summæ partes ad similitudinem rudem capitis humani formatæ erant. De sacris ritibus, qui in cultu Aesculapii Titanæ observabantur, nobis traditum est animalia omnia — tauros, oves, sues, aves Pausanias nominat — quibus deo sacrificabant, tota igni tradita esse; quod mihi premendum esse videtur, nam aperte ostendit Aesculapium Titanæ sicut aliis locis eodem modo ac deos inferos cultum esse [3]; id quoque Pausanias refert fas non fuisse mori quemquam aut nasci intra sæptum, quod Aesculapio consecratum erat. In hoc quoque templo serpentes dei sacri alebantur, qui quidem non ut Epidaurii ἀνθρώποις ἥμεροι [4] erant, sed, ut auctor est Pausanias, pastum in aditu speluncæ apponentes, quominus intrarent, nescio qua feritate deterrebant.

---

[1] Cfr K. F. Hermann, Gottesdienstl. Alterth.[2] § 18 n. 10.

[2] E. Meyer, Gesch. d. Alterth. II p. 98. Cfr supra p. 5 n. 7.

[3] Cfr v. Wilamowitz, Isyll. p. 95.

[4] Paus. II 28, 1.

Sed non dei solum signum in templo inerat: etiam Hygia ibi posita erat et eius quoque signum oculos visentium pæne fugiebat, nam tanta mole comarum muliebrium deæ consecratarum[1] et laciniarum Babyloniæ vestis circumdatum erat. Hygia igitur Titanæ una cum Aesculapio colebatur. Plerique[2] sibi persuaserunt Athenienses cultum Hygiæ primos instituisse, contra quos recte mea quidem sententia monuit Thræmer[3] cultum, quo Titanæ una cum Aesculapio fruebatur Hygia, tam vetustum videri, ut veri simile sit eam divinitatem ibi nactam esse. Et re vera artissime in cultu Titaniensi coniuncti erant[4] Aesculapius et Hygia, nam quoquo modo interpretanda sunt hæc verba Pausaniæ: ᾧ δ' ἂν ἐνταῦθα τούτων ἱλάσασθαι θελήσῃ τις, ἀποδέδεικταί οἱ τὸ αὐτὸ σέβεσθαι τοῦτο ὃ δὴ καὶ Ὑγίειαν καλοῦσι, id dicere voluisse videtur[5] auctor noster morem fuisse utrumque signum venerari et credidisse homines se, utri sacrificarent, valetudini suæ satis, quantum in sacrificiis et precibus res verteretur, consuluisse.

---

[1] Cfr R. Gompf, Sicyon. spec. I 40.

[2] E. Gerhard, Gr. Myth. § 513; Koepp Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. zu Athen X 255 sq.; v. Wilamowitz, Isyll. p. 192; Wide, De sacris p. 57.

[3] In Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Mythol. I 2776 sq.; cfr quæ idem in Pauly-Wissow. Real-Encycl. II 1657 nuper attulit.

[4] Nihil de cultu Titaniensi traditum habemus, ex quo concludere possimus Hygiam Titanæ filiam Aesculapii habitam esse; mihi quidem veri similius videtur eam ibi pari et æquo iure atque Aesculapium usam esse, id est uxorem eius habitam esse, quod contra Thræmerum (Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Myth. I 2778, cfr 2785) monitum volui. Neque in dubio esse mihi videtur, quin mos comas sectas Hygiæ dedicandi, quem observabant mulieres Titanienses, indicaverit illam deam pronubam habitam esse. Cfr I. Meursius, Græcia feriata p. 237 sq.

[5] Summa difficultas in his verbis Pausaniæ versatur. Nam primum quidem constat omnibus ceteris locis uno tantum excepto (Plut. Poplic. 21 ἱλασάμενος τῷ Ἀιδῃ) ἱλάσκεσθαι θεόν dici; tum, etiamsi concedimus fieri potuisse, ut Pausanias hoc loco ἱλάσκεσθαι θεῷ scripserit, tamen obscuritas non mediocris in verbis eius remanet, quæ vix minuatur, si in comparationem vocamus locum illum VII 23, 8, qui nec ipse verba auctoris incorrupta servasse videtur. Cfr W. Gurlitt, Über Pausanias p. 86 not. 43.

Præter deum ipsum et Hygiam in templo Aesculapii divino honore fruebantur etiam Alexanor et Euamerion, quorum ille post solis occasum ut heros, hic ut deus colebatur; uterque signum in templo positum habebat. Apparet igitur hos quoque in numero numinum habitos esse, quibus similes res atque Aesculapio cordi erant. Pausanias, qui, quid ipse de cultu eorum senserit, profert, non sine aliqua dubitatione contendit Euamerionem eundem esse ac Telesphorum et Acesin alterum Pergami[1], alterum Epidauri[2] cultum. Sine dubio recte de hac re iudicat Pausanias, ut res se temporibus eius habebant, cum alios comites alibi sibi in cultu conciliaverat Aesculapius; quod autem ad originem cultus Alexanoris et Euamerionis attinet et ad causam, cur hi societatem cum Aesculapio contraxerint, nihil ex verbis Pausaniæ concludere licet. Neque tamen credibile esse mihi videtur et Alexanorem et Euamerionem hypostases Aesculapii recentioris originis fuisse. Quod ad Euamerionem attinet, cui neque fabulæ neque cultus ritus vetustatem tribuunt, hoc fortasse recte dici potest; Alexanor autem sine dubio perveteris originis erat, nam cum tales ritus in cultu eius observabant Titanienses, quales in deis inferis colendis stati erant, tum nobis traditum est illum Titanæ cultum Aesculapii condidisse, sicut compertum habemus alium filium Machaonis, Sphyrum, Argis templum Aesculapii ἐξ ἀρχῆς condidisse[3]. Quod cum ita sit, in promptu esse mihi videtur credere Titanienses iam antiquitus deum valetudinem hominum tuentem nomine Alexanorem veneratos esse, eumque sicut Aesculapium ipsum in numero deorum inferorum ha-

[1] Cfr C. Blinkenberg, Asklepios og hans frænder p. 92 sq.

[2] Commemorandum est nihil nobis traditum esse de ara aut templo Acesi Epidauri consecrato; nomen illius etiam in titulo Atheniensi occurrit (C. I. A. III 171).

[3] Paus. II 23, 4. Alios quoque filios Machaonis artissime cum Aesculapio in cultu cohæsisse constat: ut Polemocrates Euæ (Paus. II 38, 6), Nicomachus et Gorgasus Pharis (Paus. IV 30, 3) iisdem muneribus quibus Aesculapius fungebantur. Cfr Panofka, Asklepios u. die Asklepiaden p. 332 sq. (Phil. u. hist. Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin 1845).

bitum esse; postea autem prævalente Aesculapio deum illum antiquum conditorem cultus novi dei factum comitibus illius exæquatum esse, itaque factum esse, ut Alexanor et Euamerion artius inter se coniungerentur. Si res se ita habet, Alexanor memoriam propagavit temporis, quo nondum Titanam pervenerat cultus Aesculapii.

Etiam Coronidis, quæ mater ferebatur Aesculapii, signum ligneum in templo Aesculapii positum erat, neque tamen, si Pausaniæ credendum est, certa sede remanebat hoc signum, sed cum suovetaurilibus, quæ vocantur — alia quoque sacrificia in cultu Aesculapii Titaniensi stata erant — Aesculapio sacrificabatur, in templum Minervæ traducebatur. Quæ res indicio est, quam arte inter se cohæserint Minerva et Aesculapius in cultu Titaniensium; constat aliis quoque locis Minervæ rationem cum numinibus valetudinem hominum tutantibus intercessisse. Satis erit monuisse apud Athenienses Minervam ipsam Ὑγίειαν cognominatam cultam esse [1], Tegeæ una posita fuisse signa Minervæ, Aesculapii, Hygiæ [2], Alipheræ Minervæ et Aesculapio solis deorum templa exstructa fuisse [3], sanguinem Medusæ secundum communem opinionem a Minerva Aesculapio traditum esse [4].

Præterea multa alia deorum signa in porticu templi erant: velut Bacchus et Hecate, Venus et Mater deorum, Fortuna signis ibi positis honorati erant. Etiam deus ipse Γορτύνιος cognominatus signum alterum hic habebat, quod cognomen mihi conferendum videtur cum nomine Τειτάνιος, cuius mentionem facit titulus, quem supra attuli: sicut hoc cognomen a cultu Titaniensi adeptus est deus, ita illud a cultu Gortynæ [5], in urbe Arcadiæ, instituto ei inditum esse videtur; probabile est signum Aesculapii Γορτυνίου recentioris originis fuisse, nam et e marmore factum erat —

[1] Paus. I 23, 4. Cfr Welcker, Gr. Götterl. II 304 sq. et Panofka o. l. 296 sq.

[2] Paus. VIII 47, 1.

[3] Paus. VIII 26, 6.

[4] Apollod. III 120 Wagner.

[5] Paus. VIII 28, 1. Cfr v. Wilamowitz, Isyll. v. Epid. p. 55.

alterum signum, ut supra exposui, veste ita tectum erat, ut difficile diiudicatu esset, qua e materie confectum esset — nec sedem suam in ipso templo habebat.

Phliunte quoque, qua ab arce descendebatur, templum Aesculapio consecratum erat, in quo signum dei, imberbis sicut Sicyone, inerat; eandem imaginem nummi Phliasii præbent.

Sol.

Corinthi:

Paus. II 4, 6. ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ἡ δέ ἐστιν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφή, Βριάρεω μὲν Ἡλίῳ δόντος αὐτήν, ὅτε ἐδίκαζεν, Ἡλίου δέ, ὡς οἱ Κορίνθιοί φασιν, Ἀφροδίτῃ παρέντος, ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσίν ἐστιν Ἶσιδος τεμένη, ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν, καὶ δύο Σαράπιδος, ἐν Κανώβῳ καλουμένου τὸ ἕτερον. μετὰ δὲ αὐτὰ Ἡλίῳ πεποίηνται βωμοί κτλ. Cfr 1, 6; Pseud.-Dion. Chrys. Or. XXXVII 11 Emperius; Luc. De salt. 42; Philostr. Vit. Apoll. VII 10.

Paus. II 5, 1. ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη καὶ Ἅλιος καὶ Ἔρως ἔχων τόξον.

Paus. II 3, 2. ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντων τὴν ἐπὶ Λεχαίου προπύλαιά ἐστι καὶ ἐπ' αὐτῶν ἅρματα ἐπίχρυσα, τὸ μὲν Φαέθοντα Ἡλίου παῖδα, τὸ δὲ Ἅλιον αὐτὸν φέρον.

C. I. G. 1104 (In Isthmo). Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Αἰκίνιος Πουβλίου υἱός, Αἰμιλίᾳ, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου — — — — — — κατεσκεύασεν. ὁ αὐτὸς καὶ — — — — — — καὶ τοῦ Ἡλίου τὸν ναὸν καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἄγαλμα καὶ τὸν περίβολον — — — — — ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν κτλ.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 289 (c:a 350—338 a Chr.). Head of Pallas l.; beneath, Δ; to r., head of Helios facing, radiate; cfr 465; 544

sq. (Claudius), 552 (Nero) Quadriga r., driven by Helios? in ex., COR, 582 (Domitianus), 620 (L. Verus), 663 (Caracalla). Cfr The Journal of hell. stud. VI 63 et Mionnet II 167, 136 sq.

Sicyone:

Paus. II 11, 1. βωμοὺς δὲ ὄπισθεν τοῦ Ἡραίου, τὸν μὲν Πανὶ ᾠκοδόμησεν, Ἥλιῳ δὲ λίθου λευκοῦ.

Solem, quantum memoriæ proditum habemus, non ita multis locis [1] præcipuo honore cultus fruitum esse nemo est qui ignoret. Corinthii tamen et in primis Rhodii summa fide cultum Solis servaverunt.

Quod ad Corinthios attinet, vel nomen Ἡλιούπολις, quod, ut auctores sunt Stephanus Byzantius [2] et Eustathius [3], Corintho inditum fuit, indicio est Soli ibi honorem habitum esse, et ea, quæ de origine regum primorum Corinthiorum [4] et de certamine, quod cum Neptuno inierat Sol de possessione agri Corinthii [5], tradita sunt, ipsa quoque demonstrant credidisse Corinthios Solem domicilium in Acrocorintho habuisse; atque in eo ipso monte plus uno loco cultum Solis reperimus. Velut in ea parte, qua mons ille ascendebatur, iuxta delubra Sarapidis et templum Necessitatis Violentiæque exstructæ erant aræ Soli consecratæ, atque in templo Veneris, quod in ipso vertice montis situm erat, signum Solis una cum simulacris deæ ipsius et Amoris positum erat. Apparet igitur cultus necessitudinem in Acrocorintho Veneri cum Sole intercessisse, quæ coniunctio numinum, quod sciam, nusquam alibi reperta est, nisi Pasiphae, quæ in templo Inonis prope Thalamas sito simul cum

---

[1] Cfr Rapp in Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Myth. I 2024 sq.

[2] v. Κόρινθος· — — — — εἶτα Ἡλιούπολις διὰ τὸ ξηρὰν εἶναι.

[3] ad Hom. Il. B v. 570 p. 290 ed. Rom.

[4] Schol. Eur. Med. 10; Paus. II 3, 10; Schol. Pind. Ol. XIII 74.

[5] Pseud.-Dion. Chrysost. Or. XXXVII 11 Emperius; Paus. II 1, 6; 4, 6.

Sole statua honorata erat[1], Venus intelligenda est, sicut complures viros doctos[2] recte, ut meus fert sensus, credidisse video.

Propylæa, per quæ ferebat via, quæ Corintho ex foro Lechæum ducebat, ornata erant curribus duobus inauratis, in quibus positi erant in altero Sol, in altero Phaethon. In dubio non esse mihi videtur, quin hæc signa cum de cultu Solis Corinthi condito monuerint, tum maxime ornandi causa in propylæis collocata sint; Phaethonta cultum Corinthi habuisse memoriæ traditum non est.

Etiam in Isthmo cultus Solis celebrabatur: titulus, cuius partem supra attuli, docet Solem ibi templo, signo, sæpto honoratum fuisse.

Apud Sicyonios quoque ara Soli dedicata erat. Etenim auctor est Pausanias post templum Iunonis ab Adrasto conditum duas aras unam Panis, alteram Solis sacram fuisse. Manifestum igitur videtur rationem cum Pane habuisse Solem in cultu Sicyoniorum sicut apud Arcades, cuius coniunctionis numinum quænam causa esset Immerwahr[3] abhinc paucos annos denuo recte explicavit: et Pan et Sol dii lucis fuere[4].

---

[1] Paus. III 26, 1.

[2] Wide, Lak. Kult. p. 248 sq.; Preller-Robert, Gr. Myth. I 373 n. 1. Cfr Welcker, Gr. Götterl. I 407 et Gerhard, Gr. Myth. § 471.

[3] Die Kult. u. Myth. Arkadiens I 204 sq.

[4] Nonnulli verbis Pausaniæ, ni fallor, (II 11, 5) ἀναστρέψασι δὲ ἐς τὴν ὁδόν, διαβᾶσί τε αὖθις τὸν Ἀσωπὸν καὶ ἐς κορυφὴν ὄρους ἥξασιν, ἐνταῦθα λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι Τιτᾶνα οἰκῆσαι πρῶτον· εἶναι δὲ αὐτὸν ἀδελφὸν Ἡλίου κτλ. commoti Solem Titanæ quoque cultum habuisse crediderunt; mihi autem verba illa Pausaniæ magis infinite posita videntur, quam ut ex iis solis Titanienses Solem coluisse colligi liceat.

Venti.

Corinthi:

Hesych. v. Ἀνεμοκοῖται· οἱ ἀνέμους κοιμίζοντες. γένος δὲ τοιοῦτόν φασιν ὑπάρχειν ἐν Κορίνθῳ.

Sicyone:

Paus. II 12, 1 (Titanæ). ἐκ τούτου τοῦ λόφου καταβᾶσιν, ᾠκοδόμηται γὰρ ἐπὶ λόφῳ τὸ ἱερόν (sc. τῆς Ἀθηνᾶς), βωμός ἐστιν ἀνέμων, ἐφ' οὗ τοῖς ἀνέμοις ὁ ἱερεὺς μιᾷ νυκτὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος θύει. ὁρᾷ δὲ καὶ ἄλλα ἀπόρρητα ἐς βόθρους τέσσαρας, ἡμερούμενος τῶν πνευμάτων τὸ ἄγριον, καὶ δὴ καὶ Μηδείας, ὡς λέγουσιν, ἐπῳδὰς ἐπᾴδει.

Ventos Titanæ cultos esse Pausanias nominatim docet; cultum eorum Corinthi quoque conditum fuisse ex glossa Hesychii, quam supra attuli, coicio [1]. Interpretatio verbi, quam additam habet Hesychius, ostendit Ἀνεμοκοίταις illis [2] sicut sacerdoti Sicyonio mandatum esse, ut sævitiam ventorum placarent, unde concludere licet ritus sacros in cultu ventorum Corinthi et Titanæ observatos nihil inter se genere ipso distulisse. De cultu Titanæ celebrato apud Pausaniam scriptum invenimus moris fuisse sacerdotem semel in anno noctu

[1] In arca Cypseli Boreas Oreithyiam rapiens effictus erat. Paus. V 19, 1.

[2] Conferas velim Εὐδανέμους, qui apud Athenienses erant; de iis optime disserit I. Toepffer, Att. Geneal. p. 110 sq.

in ara ventorum sacrificare eumque ventos sedantem et arcana quædam ad foveas quattuor ad quattuor caeli regionum ventos, ni fallor, spectantes perpetrare et incantamenta carminum Medeæ incantare. Quæ omnia vel simillima sunt eorum, quæ in deis inferis colendis observari fas erat, et eodem modo res se habet aliis quoque locis haud perpaucis [1], ubi hunc cultum reperimus.

Ara ventorum Titanæ sub radicibus collis sita erat, in quo templum Minervæ ædificatum erat, quæ res fortasse vinculum quoddam societatis inter cultus eius deæ et ventorum significat; etenim alio quoque loco, Methonæ, in urbe Messeniæ [2], intima necessitudo Minervæ cum ventis intercedebat, qui cultus etiam ideo memorabilis est, quod, ut auctor est Pausanias, institutus est, quia βιαιότεροι καὶ οὐ κατὰ καιρὸν πνέοντες ἐλυμαίνοντο οἱ ἄνεμοι τὴν χώραν. Non igitur ad ventos maris potentes placandos hic cultus spectabat. Idem recte dici potest de cultibus, qui in monte Taygeto [3] et in pæninsula Argolica Methana [4] celebrabantur. Quæ omnia reputans facere non possum, ut assentiar Stengelio [5] cultum ventorum post bella Persica demum apud Græcos institutum esse dicenti. Neque magis mihi probatur opinio eiusdem auctoris, qua monet [6] Phoenices permultum ad hunc cultum apud Græcos condendum valuisse. Immo vero hic cultus vere patrius et fortasse pervetus apud Græcos

---

[1] Ventorum cultum inveni apud Athenienses (Paus. I 37, 2; Herod. VII 189, Plat. Phædr. p. 229 C; Ael. De nat. anim. VII 27, Hesych. v. Βορεάσμοί), Coroneæ (Paus. IX 34, 3), Delphis (Herod. VII 178; Clem. Alex. Strom. VI 3, p. 753 Potter), Cleonis, in oppidulo Argolidis (Senec. Nat. quæst. IV 6), in pæninsula Argolica Methona (Paus. II 34, 2), in monte Taygeto (Festus v. October equus p. 181 Müller), Megalopoli (Paus. VIII 36, 6, cfr 27, 13), Methonæ, in urbe Messeniæ (Paus. IV 35, 8), Thuriis (Ael. Var. hist. XII 61).

[2] Paus. IV 35, 8.

[3] Festus v. October equus p. 181 Müller.

[4] Paus. II 34, 2.

[5] Hermes XVI 346.

[6] l. l. p. 347: Beweisen aber muss den phönikischen Einfluss die Art des Opfers.

habendus est, quippe qui nobis locis disiunctissimis maximeque diversis et a frequentioribus viis remotis occurrens plerumque in montibus lucisque aris perraro, numquam, quod sciam, templis erectis celebratus sit, id est ita ut in simplici vitæ agendæ ratione hominum exspectare licet.

Pan.

Sicyone:

Paus. II 10, 2. ἐς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐσιοῦσι καθ' ἑκάτερον τῆς ἐσόδου τῇ μὲν Πανὸς καθήμενον ἄγαλμά ἐστι, τῇ δὲ Ἄρτεμις ἕστηκεν.

Paus. II 11, 1. βωμοὺς δὲ ὄπισθεν τοῦ Ἡραίου, τὸν μὲν Πανὶ ᾠκοδόμησεν, Ἥλιῳ δὲ λίθου λευκοῦ.

Nummi: P. Gardner, The types of greek coins. Tab. VIII 20 (431—371 a. Chr. n.). Chimæra; below, head of Pan [1]. Head, Hist. num. p. 347 (Imperial).

Neque apud Corinthios neque apud Phliasios cultus Panis, quantum mihi contigit, ut indagarem, conditus fuisse videtur, Sicyone autem in ipsa urbe et statuam et aram habuisse eum deum auctor est Pausanias. Est enim apud illum signum Panis in aditu templi Aesculapii una cum statua Dianæ positum fuisse; quæ coniunctio numinum, Aesculapii et Panis, memoriam redintegrat Panis Λυτηρίου, quem colebant Troezenii [2]. Dianæ nusquam alibi cultus necessitudo cum Pane intercedebat [3].

Post templum Iunonis, quod condidit Adrastus, duæ

[1] Hunc nummum Gardnerum secutus attuli, sed nullo modo pro explorato habeo caput, quod infra Chimæram conspicitur, Panis esse; immo vero omnia, quæ naturæ illius dei propria sunt, desunt. Cfr Head, Hist. num. p. 345 Fig. 224.

[2] Paus. II 32, 6. Cfr Wide, De sacris etc. p. 73 sq.

[3] Cfr supra p. 51.

arae erant altera Panis, altera Solis sacra. Apparet propinquitatem ararum indicare intimam rationem hos deos alterum cum altero apud Sicyonios habuisse. Neque est quisquam, quin sciat apud Arcades, antiquissimos cultores Panis, Solem ei deo ita cessisse, ut apud eam gentem rarissime[1] cultus Solis, Panis cultus persæpe inveniretur. Itaque Sicyonii, finitimi pæne Arcadum, sic Solis cultum ad Panis accommodavere, ut aras deorum una ponerent.

[1] W. Immerwahr, Die Kulte u. Myth. Arkadiens I 205.

Hecate.

Sicyone:

Paus. II 11, 8 (Titanæ). ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ, Διονύσου καὶ Ἑκάτης, Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα, λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος.

Titanæ in templo Aesculapii Hecate una cum Baccho, Venere, Matre deorum, Fortuna signo ligneo honorata erat. Pausanias talibus verbis in his signis commemorandis usus est, ut veri simile videatur necessitudinem quandam Hecatæ cum Baccho in cultu Titaniensi intercessisse. Quæ res si se ita habebat, nimirum vis fertilitatis tuendæ, quam non admodum raro Hecatæ tributam esse constat[1], hæc numina coniungebat; optime etiam ad vim et naturam ceterarum dearum, quæ eodem loco signis honoratæ erant, eiusmodi natura deæ quadrabat[2].

[1] Cfr Steuding in Rosch. Lex. d. Myth. I 1892.

[2] O. Gruppe (Die griech. Culte u. Mythen in ihren Bezieh. zu d. oriental. Rel. p. 608 sq.) Corinthios quoque Hecatam coluisse probabile esse contendit, quæ opinio testimoniis e litteris, titulis, nummis repetitis confirmata non est.

Ilithyia.

Corinthi:

Paus. II 5, 4. ἐκ δὲ τοῦ Ἀκροκορίνθου τραπεῖσι τὴν ὀρεινὴν πόλη τέ ἐστιν ἡ Τενεατικὴ καὶ Εἰλειθυίας ἱερόν·

Corinthus templum Ilithyiæ habebat, quod, ut auctor est Pausanias, in Acrocorintho prope portam [1], quæ ad meridiem spectabat, situm erat. Fieri potest, ut templum in monte Veneris sacro situm necessitudinem cultus Ilithyiæ cum Venere intercessisse indicaverit; easdem deas una cultas etiam Olympiæ invenimus [2]. Præterea nihil de cultu Ilithyiæ Corinthi celebrato nobis traditum est; verumtamen vix credibile videtur eam deam ibi præcipua laude floruisse, nam præter ceteras deas Dianam apud Corinthios munera deæ mulieres parientes tuentis præstitisse constat.

[1] Etiam Hermionæ (Paus. II 35, 11) haud procul a porta urbis situm erat templum Ilithyiæ. Cfr E. Curtius, Peloponnesos II 536.

[2] Paus. VI 20, 6.

Latona.

Corinthi:

Plut. De Herod. malign. 39 p. 870 F. Διοδώρου δέ τινος τῶν Κορινθίων τριηράρχων ἐν ἱερῷ Λητοῦς ἀναθήμασι κειμένοις καὶ τοῦτ' ἐπιγέγραπται

> 'ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ναῦται Διοδώρου
> ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ, μνάματα ναυμαχίας'.

Sicyone:

Pind. Nem. IX v. 4 sq.

> τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων ματέρι καὶ
> διδύμοις παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
> Πυθῶνος αἰπεινὰς ὁμοκλάροις ἐπόπταις.

Perbene notum est omnibus Latonam cum aliis locis tum in Boeotia divino honore fruitam esse, et verba Plutarchi, quæ supra attuli, planum facere mihi videntur eam Corinthi quoque cultum habuisse. De munere, ut ita dicam, quo ibi fungi credebatur Latona, in tanta brevitate rerum proditarum nihil pro certo affirmare ausim, sed commemorandum est de templo Latonæ soli consecrato nulla mentione Apollinis Dianæve facta agi[1]. Ex qua re fortasse

[1] Argis, ut locum proximum nominem, Latona et sola templo honorata erat (Paus. II 21, 8 sq.) et haud procul ab urbe una cum liberis (Paus. II 24, 5) colebatur.

concludere licet Latonam Corinthiam deam illam veteris deorum generis fuisse, quæ nondum mater Apollinis et Dianæ facta cum deo summo rationem intimam habebat et pari dignitate atque postea Iuno [1] erat.

Latonam apud Sicyonios in Pythiis celebrandis una cum liberis cultam esse iam supra monui.

[1] Conferas velim Latonam Μυχίαν (vel Νυχίαν) apud Boeotios (Euseb. Præp. ev. III 84) et Latonam Φυτίαν apud Cretenses (Anton. Lib. Transf. XVII) cultam.

Musæ.

Corinthi:

Paus. II 3, 1. ἐν μέσῳ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν Ἀθηνᾶ χαλκῆ· τῷ βάθρῳ δὲ αὐτῆς ἐστι Μουσῶν ἀγάλματα ἐπειργασμένα.

Sicyone:

Plut. Quæst. conv. IX 14, 7 p. 746 E. διὸ καὶ Σικυώνιοι τῶν τριῶν Μουσῶν μίαν Πολυμάθειαν καλοῦσιν.

Musas a Corinthiis cultas esse veri simile est. Quod ut credam adducor cum ea re, quod cultus earum apud proximas gentes in primis in monte Helicone vigebat, tum imaginibus Musarum, quæ in basi statuæ Minervæ, quæ posita erat Corinthi in foro, cælatæ erant. Et in arca Cypseli Musæ una cum Apolline effictæ erant[1].

Sicyonios Musas coluisse indicare videtur Plutarchus, qui auctor est unam ex tribus Musis ibi Polymatheam vocatam esse: tres igitur facit Musas Sicyone cultas, quem numerum etiam aliis locis[2] in cultu proditum invenimus.

[1] Paus. V 18, 4.

[2] Delphis Plut. Quæst. conv. IX 14, 3 p. 744 C; in Helicone Paus. IX 29, 2.

Parcae.

Corinthi:

Paus. II 4, 7. ὁ δὲ τῶν Μοιρῶν καὶ ὁ Δήμητρος καὶ Κόρης οὐ φανερὰ ἔχουσι τὰ ἀγάλματα.

Sicyone:

Paus. II 11, 4. σταδίους δὲ προελθοῦσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, εἴκοσι καὶ ἐν ἀριστερᾷ διαβᾶσι τὸν Ἀσωπόν ἐστιν ἄλσος πρίνων καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι· κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφισιν ἄγουσι θύοντες πρόβατα ἐγκύμονα, μελικράτῳ δὲ σπονδῇ καὶ ἄνθεσιν ἀντὶ στεφάνων χρῆσθαι νομίζουσιν. ἐοικότα δὲ καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῶν Μοιρῶν δρῶσιν· ὁ δὲ σφισιν ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους ἐστίν.

Parcas et Corinthii et Sicyonii colebant. De cultu earum, qui Corinthi institutus erat, haud ita multum ad nos perlatum est; id solum e verbis Pausaniae elucet Parcas templum in Acrocorintho prope templum Cereris Proserpinaeque habuisse [1]. Quae vicinitas templorum haud fortuita mihi videtur reputanti et utrorumque numinum naturam, qualis fuerit, et quaedam similia in utrisque deabus colendis

[1] Minus recte Welcker (Griech. Götterl. III 16) dicit statuas Parcarum in templo Cereris Proserpinaeque positas fuisse, qui error perfacile servata codicum lectione καὶ Δήμητρος oriri potest, nisi pluralis forma ἔχουσι attenditur. Hoc loco de duobus templis agi iam Kayser vidit.

exstitisse eiusmodi, ut appareret occulte sacra earum facta esse: docet enim Pausanias signa dearum ostendi fas non fuisse.

Paulo plus de iis, quæ Sicyone in honorem Parcarum fiebant, cognitum habemus. Apud Pausaniam, qui solus in hac quoque re auctor est noster, scriptum invenimus aram Sicyone habuisse Parcas in luco Eumenidum sacro et iis singulis annis die certo ovibus prægnantibus, potu melle mixto, floribus immolatum esse; quæ omnia iis convenienter fiebant, quæ in cultu Eumenidum perpetrari fas erat. Constat igitur et intimam necessitudinem intercessisse inter Parcas et Eumenides et utrisque eodem modo immolatum esse ac deis inferis [1]; atque iam antea commemoravere viri docti societatis vinculum, quod Parcis cum Eumenidibus intercedebat, in eo fuisse, quod utræque ab initio deæ fertilitatem agrorum tuentes habebantur. De numero Parcarum, quas colebant Corinthii et Sicyonii, nihil traditum est.

[1] Cfr Wide, Lak. Kult. p. 208.

Horæ.

Corinthi:

Pind. Ol. XIII v. 6 sq.

> ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασιγνήτα τε, βάθρον
> πολίων ἀσφαλές,
> Δίκα καὶ ὁμότροφος Εἰράνα, ταμίαι ἀνδράσι
> πλούτου,
> χρύσεαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος. Cfr v. 17.

Ael. Arist. Or. III p. 39 Dindorf. καὶ τέμενος Νυμφῶν, Ναΐδων ἁπασῶν ἐνταυθοῖ ναουσῶν, καὶ θάλαμον Ὡρῶν κτλ.

Quamquam nec auctores nec monumenta aperte testantur Horas cultum habuisse Corinthi, verba Pindari et Aristidis, quæ supra attuli, vix aliter intelligi possunt, quam ut credamus has deas re vera a Corinthiis cultas esse. Pindarus tres[1] Horas Corinthi "habitare" scribit, quas Hesiodum[2] fortasse secutus Eunomiam, Iustitiam, Pacem vocat, easque filias esse Iovis et Themidis, id est sorores Parcarum, fingit. Vel ex nominibus dearum apparet credidisse Corinthios Horas ad salutem cum rei publicæ tum civium singulorum tuendam plurimum valere; quomodo divitias singulorum auxerint hæ deæ, e verbis Pindari non elucet, sed

[1] Cfr de numero Horarum K. Lehrs, Popul. Aufs.[2] p. 82 sq.

[2] Theog. v. 901 sq.

vide ne non falsa opinione ducamur, si credimus Horis ab initio Corinthi sicut Athenis ubertatem agrorum curæ fuisse; ibi enim credidisse homines has deas ἀπείργειν τὰ περισκελῆ καύματα καὶ τοὺς αὐχμούς, μετὰ δὲ τῆς συμμέτρου θερμασίας καὶ ὑδάτων ὡραίων ἐκτελεῖν τὰ φυόμενα posse Philochorus [1] narrat.

[1] Apud Athen. XIV 656 a.

Eumenides.

Sicyone:

Paus. II 11, 4. σταδίους δὲ προελθοῦσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, εἴκοσι καὶ ἐν ἀριστερᾷ διαβᾶσι τὸν Ἀσωπόν ἐστιν ἄλσος πρίνων καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι· κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφισιν ἄγουσι θύοντες πρόβατα ἐγκύμονα, μελικράτῳ δὲ σπονδῇ καὶ ἄνθεσιν ἀντὶ στεφάνων χρῆσθαι νομίζουσιν. ἐοικότα δὲ καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῶν Μοιρῶν δρῶσιν· ὁ δέ σφισιν ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἄλσους ἐστίν.

Stat. Theb. IV v. 52 sq.

Elisson.

Sævus honos fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis;

Furiæ apud Sicyonios divino honore colebantur. Namque apud Pausaniam scriptum videmus has deas, Sicyone Eumenides appellatas — ab Atheniensibus nomen Severarum isdem deabus inditum erat [1] — templum et lucum sacrum habuisse extra urbem in dextra ripa Asopi fluminis; quo in templo singulis annis ovibus prægnantibus, aqua melle mixta, floribus [2] his deabus sacra unius diei facta esse [3]. Ap-

[1] Cfr adnot. Siebelisii ad Paus. II 11, 4.

[2] Cfr imagines cælatas Eumenidum, quæ nuper Argis repertæ sunt. Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. Athen. Abth. IV 176.

[3] Simili modo Athenis quoque Severis immolabatur. Schol. Aeschin. Or. in Timarch. p. 282 Schultz: ἦν δὲ τὰ πεμπόμενα αὐταῖς ἱερὰ πόπανα καὶ γάλα ἐν ἄγγεσι κεραμείοις. Cfr Aesch. Em. v. 107 sq. Weil.

paret igitur Eumenides a Sicyoniis numero numinum inferorum habitas esse; et sicut ceteris deis inferis ita Eumenidibus cum alia tum fertilitatem [1] terræ curæ fuisse constat. Quam arte cum Eumenidibus in cultu Sicyoniorum coniunctæ essent Parcæ, iam supra monui.

Utrum alterum quoque delubrum habuerint Eumenides apud Sicyonios necne, non liquet; si Statio credendum est, etiam prope rivum Elissum cultus earum dearum institutus fuisse videtur [2].

---

[1] Preller-Robert, Gr. Myth. I 834.

[2] Cfr C. Bursian, Geogr. v. Griechenl. II 26 n. 1.

Iuventas.

Sicyone:

Strab. VIII 382. τιμᾶται δ' ἐν Φλιοῦντι καὶ Σικυῶνι τὸ τῆς Δίας ἱερόν· καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Ἥβην.

Phliunte:

Paus. II 13, 3. ἔστι γὰρ ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος καὶ ἱερὸν ἁγιώτατον ἐκ παλαιοῦ· τὴν δὲ θεὸν ἧς ἐστι τὸ ἱερὸν οἱ μὲν ἀρχαιότατοι Φλιασίων Γανυμήδαν, οἱ δὲ ὕστερον Ἥβην ὀνομάζουσιν· ἧς καὶ Ὅμηρος μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῇ Μενελάου πρὸς Ἀλέξανδρον μονομαχίᾳ, φάμενος οἰνοχόον τῶν θεῶν εἶναι, καὶ αὖθις ἐν Ὀδυσσέως ἐς Ἅιδου καθόδῳ γυναῖκα Ἡρακλέους εἶπεν εἶναι. Ὠλῆνι δὲ ἐν Ἥρας ἐστὶν ὕμνῳ πεποιημένα τραφῆναι τὴν Ἥραν ὑπὸ Ὡρῶν, εἶναι δέ οἱ παῖδας Ἄρην τε καὶ Ἥβην. παρὰ δὲ Φλιασίοις τῇ θεῷ ταύτῃ καὶ ἄλλαι τιμαὶ καὶ μέγιστον τὸ ἐς τοὺς οἰκέτας ἐστί· δεδώκασι γὰρ δὴ ἄδειαν ἐνταῦθα ἱκετεύουσι, λυθέντες δὲ οἱ δεσμῶται τὰς πέδας πρὸς τὰ ἐν τῷ ἄλσει δένδρα ἀνατιθέασιν. ἄγεται δὲ καὶ ἑορτὴ σφισιν ἐπέτειος, ἣν καλοῦσι Κισσοτόμους. ἄγαλμα δὲ οὔτε ἐν ἀπορρήτῳ φυλάσσουσιν οὐδέν, οὔτε ἐστὶν ἐν φανερῷ δεικνύμενον· ἐφ' ὅτῳ δὲ οὕτω νομίζουσιν, ἱερός ἐστιν αὐτοῖς λόγος, ἐπεὶ τῆς γε Ἥρας ἐστὶν ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ ναὸς ἄγαλμα ἔχων Παρίου λίθου. Cfr 12, 4.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus

34, 12 (431—370 a. Chr. n.)[1] Head of Hebe(?) r., hair rolled. The Journal of hell. stud. VIII 55.

Et Sicyonii et Phliasii Iuventatem colebant. Quod ad cultum apud Sicyonios celebratum attinet, id solum cognitum habemus illos sicut Phliasios, ut apud Strabonem scriptum invenimus, eam deam nomine Δίαν coluisse.

Melius exploratam rem habemus, cum de cultu Phliasio agitur. Namque e Pausania cognoscimus in arce Phliasiorum cupressis circumdatum situm fuisse templum vetere cultu ac religione sanctissimum, quod ei deæ dedicatum esset. Apparet igitur cultum huius deæ, quam, si Pausaniæ credi licet, veteres Γανυμήδαν, posteriores Ἥβην appellabant, maximi momenti apud Phliasios fuisse. Id quoque narrat Pausanias honorem huic deæ cum ab aliis tum a servis impunitatemque petentibus habitum esse — asylum enim erat templum eius — atque moris fuisse, ut liberti et impunitatem consecuti, ut documentum ederent grati animi, catenas de arboribus luci suspenderent; idemque auctor est sollemne in honorem deæ quotannis actum esse, quod Κισσοτόμοι appellaretur, et postremo addit nullum signum deæ aut oculis visentium subiectum aut in interioribus partibus templi abditum ibi positum fuisse, cuius rei ratio sermone sacro prodita certa quædam esset. Qui fuerit ἱερὸς λόγος ille, Pausanias non aperit, neque satis perspicuum est, quid sibi velint verba sequentia ἐπεὶ τῆς γε Ἥρας ἐστίν κτλ.[2]. Verba

[1] Hunc nummum editores Catalogi nummorum, qui in museo Britannico servantur, secutus attuli, sed valde dubito, signumne, quod obversa pars huius nummi præbet, re vera imago capitis Iuventatis sit; ad maiorem similitudinem mihi videtur accedere capitis Veneris. Exempli causa conferas velim Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 118 (Pl. II 24).

[2] Plerique codices (Schubart, Præf. p. X) lectionem ἐπεὶ τῆς γε Ἥρας (nonnulli ἐπεί γε τῆς Ἥρας) habent, in quibus verbis complures editores fortasse merito offenderunt. Siebelis, Clavier, alii suo quisque modo (cfr adnot. Clavieri et Siebelisii) hunc locum emendare conati sunt, sed mihi videntur longius aut a tradita scriptura aut a scribendi consuetudine auctoris recessisse. Quod cum ita sit, lectionem codicum, quamvis aliquid obscuritatis habeat, retuni.

Pausaniæ utut ab initio conscripta fuerunt, aperte ostendere mihi videntur rationem quandam et eam quidem intimam Iuventati cum Iunone intercessisse. Quod ad veram vim cultus Iuventatis cognoscendam magni momenti esse mihi videtur. Inter omnes enim constat magnam fuisse opinionem Iuventatem filiam[1] fuisse Iunonis, atque si ea, quæ de templo Iunonis, iuxta Mycenas sito, et de cultu ibi celebrato cognita habemus[2], in comparationem vocamus, summam necessitudinem cultus cum Iunone Iuventatem ibi habuisse inveniemus; idem cultus commercium etiam Mantineæ, in urbe Arcadiæ, exstitisse Pausanias commemorat[3]. In Heræo illo, cuius nuper mentionem feci, una cum signo Iunonis posita erat statua Iuventatis — etiam alio modo societatis vinculum inter deas intercedens in hoc templo effictum erat — unde colligi licet deas etiam simul cultas fuisse. Supra[4] commemoravit Pausanias morem ibi fuisse Iunonem foliis asterionis, qui vocabatur, vel coronis e foliis eius herbæ nexis honorare, quod mihi indicio esse videtur Iunonem, utpote quæ fertilitatem terræ tueretur, frugibus terræ dedicatis in templo ad Mycenas sito cultam fuisse. Qua cum Iunone una cultam Iuventatem ipsam quoque deam fertilitatis fuisse veri simillimum videtur; itaque a Gratiis, Musis, Horis vi et natura a principio diversam non fuisse Iuventatem credo. Et re vera etiam apud Phliasios talem vim Iuventati additam fuisse ex nomine sollemnis eius colligo. Ad eam fortasse deam Strabo verbis suis supra allatis spectat[5]. Postea, cum secundum communem opinionem maxima ex parte vim fertilitatem agrorum tuendi amisisset Iuno, etiam filia eius Iuventas ex

---

[1] Paus. l. s. l.; cfr v. Sybel in Rosch. Lex. d. Myth. I 1869.

[2] Paus. II 17, 5 et 6.

[3] VIII 9, 3.

[4] II 17, 2.

[5] Cfr Welcker, Gr. Götterl. I 370 et Usener, Götternam. p. 35 sq. Clavier in editione sua Descriptionis Pausaniæ (Suppl. p. 74) nullis argumentis allatis ("je croirois plutôt") auctor est, ut Ἥρην pro verbo Ἥβην apud Strabonem (l. s. l.) legatur.

dea ubertatis facta est dea, cuius erat dona dividere, quæ iucunditati vitæ deorum hominumque serviebant. Eo sensu Γανυμήδαν et postea Ἥβην eam deam vocabant Phliasii, neque vero credibile videtur verba auctoris nostri οἱ ἀρχαιότατοι Φλιασίων, ut scripta sunt, anxie premenda esse, nam, ni fallor, etiam nomen Γανυμήδα, quod cum virili nomine Γανυμήδης artissime cohæsisse apparet, tum primum ortum est, cum naturalis illa vis deæ iam oblivione obruta erat.

Mater deorum.

Corinthi:

Paus. II 4, 7. ὑπὲρ τοῦτο Μητρὸς θεῶν ναός ἐστι καὶ στήλη καὶ θρόνος· λίθων καὶ αὐτὴ καὶ ὁ θρόνος.

Nummi: Mionnet, Suppl. IV 85, 576 (Antoninus Pius) Cybèle tourrelée, assise sur un siége, à gauche, vêtue de la stola, tenant une patère de la main droite, et la gauche sur la haste pure; à ses pieds, un lion. Cfr The Journal of hell. stud. VI 74 (Pl. F cxx) et Head, Hist. num. p. 340.

Sicyone:

Paus. II 11, 8 (Titanæ). ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ. Διονύσου καὶ Ἑκάτης. Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα, λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος.

Matrem deorum Corinthios sicut totam fere Græciam[1] coluisse Pausanias auctor est; narrat enim templum, columnam[2],

[1] Preller-Robert, Gr. Myth. I 649 sq. Cfr Rapp in Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Mythol. II 1665 sq.

[2] Recte Schubartio suspecta visa sunt verba καὶ στήλη (Præf. X): neque enim compertum habemus columnam sicut solium, leones, coronam muralem, tympanum (cfr nummi) in numero insignium Matris deorum habitam fuisse (Preller-Robert, Gr. Myth. I 652), et difficile est fingere verbum στήλη hic idem significare atque ἄγαλμα (Clavier, Suppl.

solium in Acrocorintho supra templum Necessitatis et Violentiæ ei dedicata fuisse. Si verba Pausaniæ (II 3, 4) τὸν δὲ ἐν τελετῇ Μητρὸς ἐπὶ Ἑρμῇ λεγόμενον καὶ τῷ κριῷ λόγον ἐπιστάμενος οὐ λέγω incorrupta nobis servata sunt, apparet cultum Matris deorum apud Corinthios initiis faciendis celebratum esse et societatem quandam Matri deorum cum Mercurio intercessisse [1].

Etiam Titanæ Mater deorum divino honore colebatur, ubi in porticu templi Aesculapii statua eius deæ una cum aliquot aliis deorum signis posita erat. Pausanias, qui in hac quoque re [2] auctor est noster, talibus verbis usus hoc signum Matris deorum commemorat, ut significare voluisse videatur eam deam cum Venere in cultu rationem habuisse; hæc numina etiam aliis locis coniungebantur atque id tam arte, ut apud nonnullas gentes eadem haberentur [3].

---

p. 68), præsertim cum signa Matris deorum numquam columnis imposita essent.

[1] Cfr Rapp in Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Mythol. II 1660. Verumtamen vide ne hoc loco Μητρός intelligendum sit Δήμητρος, nam et omnibus ceteris locis, ubi de Matre deorum agitur, Pausanias nomen Μήτηρ μεγάλη vel Μήτηρ θεῶν usurpat, et in iis, quæ in mysteriis Cereris Proserpinæque prodebantur, Mercurio partes tradi solebant. (Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 698, 1176).

[2] Hic quoque de vera lectione ambigitur. Siebelis et Clavier Δημήτηρ καὶ θεῶν Τύχη scribunt, quamquam hæc lectio non satis defensa est verbis codicum, qui præbent Δημήτηρ θεῶν καὶ τύχη, quæ lectio nemini probata est. Clavier ipse (Suppl. p. 74) proposuit contextum verborum, quem supra ex editione Schubartii attuli.

[3] Preller-Robert I 652 n. 2. Cfr Phot. lex. v. κύβηβος· ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρητος· Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τὴν Ἀφροδίτην ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήβην λέγεσθαι. — Hesych. v. Κυβήβη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. καὶ ἡ Ἀφροδίτη κτλ.

Cotyto.

Corinthi:

Hesych. v. Κοτυτώ· ὁ μὲν Εὔπολις κατ' ἔχθος τὸ πρὸς τοὺς Κορινθίους φορτικόν τινα δαίμονα διατίθεται.

Suid. v. Κότυς: δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος. ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. Cfr v. Θιασώτης et P. Burman, Anthologia sive Catalecta Poet. Lat. vol. II 728.

Perpauca, quæ ad vim et naturam cultus Cotytus, qui Corinthi celebrabatur, cognoscendam pertinent, cognita habemus, nam ii, qui nos de hac re certiores fecerunt, Hesychius et Suidas, id tantum docuerunt turpissimum in modum sollemnia huius deæ Corinthi acta esse.

E verbis Strabonis[1] elucet hunc cultum Thraciæ originis fuisse et ad summam similitudinem accessisse eorum, quæ in Magna matre et Sabazio colendis observari fas erat. In promptu igitur esse mihi videtur credere Cotyto ipsam quoque ab initio deam fertilitatis tuentem[2] clandestinis sacris orgiorum in modum honoratam fuisse, eumque cultum, cum Corinthum esset translatus, nulla pietate colentium in urbe opibus florentissima eademque deliciis deditissima[3] sustentatum in turpitudinem illam, quam vitupera-

[1] X 470.

[2] Cfr Pseud.-Plut. Prov. Alex. 78: „Ἅρπαγὰ Κοτυττίοις". Κοτύττια ἑορτή τίς ἐστι Σικελική, ἐν ᾗ περί τινας κλάδους ἐξάπτοντες πόπανα καὶ ἀκρόδρυα ἐπέτραπον ἁρπάζειν.

[3] Hesych. v. κορινθιάζειν· μαστροπεύειν, ἑταιρεύειν.

vere ad unum fere omnes, qui eius mentionem fecerunt, delapsum esse. Cotyto etiam Athenis [1], in insula Chio [2], apud Siculos [3] cultum habuisse traditum est.

[1] Strab. X 471.

[2] Synes. Calv. encom. 85.

[3] Pseud.-Plut. Prov. Alex. l. l. Temerarium esse mihi videtur ob eam causam vetustatem cultui Cotytus Corinthi condito addere, quod in Sicilia ea dea culta erat (K. O. Müller, Die Dor. I 410 n. 4 et Proleg. p. 427). Neque enim quisquam pro certo ostendere potest colonos Corinthios in colonia deducenda hunc cultum secum duxisse. Nam licet apud scholiastam Theocriti scripta inveniantur (VI 40) ἔστι δὲ Κοτυτὼ Δωρία θεός — quæ verba quid sibi velint in tanta huius memoriæ brevitate difficile est diiudicatu — omnia argumenta, quæ ad comprobandum apud Græcos cultum habuisse Cotyto proferri possunt, recentioris originis sunt, neque quidquam obstat, quominus commercium frequens posterioris ætatis cognitionem cultus Cotytus sicut ad Romanos ita ad Siculos propagaverit.

Amor.

Corinthi:

Paus. II 5, 1. ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη καὶ Ἥλιος καὶ Ἔρως ἔχων τόξον.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 592 (Hadrianus) Statue of the Aphrodite of the Acrocorinthus standing to the front, head l., holding before her the shield of Ares as a mirror; behind her Eros. Mionnet, Suppl. IV 172, 1144 (Geta) Cupidon ailé, debout, tenant de la main droite un flambeau renversé, et supportant de la g. une tête.

Sicyone:

Nummi: The Journal of hell. stud. VI 80 Eros with torch.

Signum Amoris in templo Veneris in Acrocorintho sito collocatum fuisse et Pausanias et nummi Corinthii testantur. Inter omnes constat Amorem, quem Thespii præter ceteros deos ab initio venerati sunt[1], sæpissime cum Venere[2], cuius filius esse a plerisque[3] credebatur, commercium cultus habuisse; neque ullo alio modo in cultu Corinthio

[1] Paus. IX 27, 1.

[2] Cfr Furtwängler in Rosch. Lex. d. Myth. I 1340 sq.

[3] Paus. IX 27, 2.

nisi cum Venere coniunctus vim habuisse videtur Amor. Signum Amoris, cuius mentionem facit Pausanias, haud vetustioris originis fuisse ex ea re colligo, quod arcu ornatum erat[1]; idem vere dici potest de signo dei face instructo, quod nummus Corinthius ætate Getæ imperatoris excusus præbet.

Etiam in nummis Sicyoniis Amoris signum face exornatum reperimus.

[1] Cfr Furtwängler in Rosch. Lex. d. Myth. I 1363.

Dioscuri.

Corinthi:

Le Bas-Foucart 87 b. Σίμων θεοῖς Σωτηρίοις [1].

Paus. II 1, 9 (In Isthmo). τοῦ Ποσειδῶνος δέ εἰσιν ἐπειργασμένοι τῷ βάθρῳ καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, ὅτι δὴ σωτῆρες καὶ οὗτοι νεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων.

Sicyone:

Paus. II 7, 5. ἐν δὲ τῇ νῦν ἀκροπόλει Τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας, μετὰ δὲ αὐτὸ Διοσκούρων· ξόανα δὲ οὗτοί τε καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Τύχης ἐστί.

Phliunte:

Polyb. IV 67, 9. ταῦτα δ' οἰκονομήσας ἀνέζευξε, καὶ προελθὼν κατεστρατοπέδευσε τῆς Φλιασίας περὶ τὸ Διοσκούριον.

Dioscuros Corinthi templis vel aris honoratos fuisse nec litteris nec titulis mandatum est. Nihilo minus veri

[1] P. Foucart, qui Σίμον scriptum vult, contendit hunc titulum in speculo Corinthi reperto incisum esse. Postea A. Mylonas et A. Dumont (Bull. de corr. hell. I 112) monuerunt in disco, non in speculo, incisum esse titulum illum; optime ad vim ac naturam Dioscurorum (Cfr Wide, De sacris etc. p. 68) discum iis dedicari quadrabat.

simile est Castorem et Pollucem apud Corinthios cultum habuisse, nam et titulus, quem supra attuli, diis Σωτηρίοις, id est Dioscuris, honorem ibi habitum esse ostendit, et arca Cypseli[1] imagines Dioscurorum Helenam abducentium præbebat. Etiam in templo Isthmio Neptuni Castor et Pollux efficti erant: in basi, in qua positum erat signum dei, cælati erant filii Tyndarei, quia, ut auctor est Pausanias, σωτῆρες καὶ οὗτοι νεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰσὶ ναυτιλλομένων. Aperte igitur causam exponit Pausanias, cur in templo dei maris potentis efficti fuerint Dioscuri, et veri simillimum est hos deos vim navigantes tuendi apud eas ipsas gentes primum adeptos esse, quæ maxime rebus navalibus operam darent[2]; etenim inter omnes constat Dioscuros initio in periculis omnis generis versantium servatores habitos esse[3].

De cultu Dioscurorum apud Sicyonios et Phliasios instituto non ita multum nobis traditum est: apud illos templum horum deorum in arce exstructum iuxta ædem Fortunæ Ἀκραίας situm erat, quæ res fortasse indicio est Dioscuros numero deorum πολιούχων Sicyone habitos esse, apud hos templum habuisse Dioscuros auctor est Polybius, quod ubi situm fuerit nunc non satis constat[4].

---

[1] Paus. V 19, 2.

[2] Cfr Wide, Lak. Kult. p. 319.

[3] Cfr Furtwängler in Rosch. Lex. der griech. u. röm. Myth. I 1157 sq.

[4] Cfr L. Ross, Reisen u. Reiserouten durch Griechenland I 38.

Ino.

Corinthi:

Paus. II 1, 9 (In templo Isthmio Neptuni). τὰ δὲ ἄλλα ἀνάκειται Γαλήνης ἄγαλμα καὶ Θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον, Ἰνώ τε καὶ Βελλεροφόντης καὶ ὁ ἵππος ὁ Πήγασος.

Paus. II 2, 1 (In templo Isthmio Melicertæ). τοῦ περιβόλου δέ ἐστιν ἐντὸς Παλαίμονος ἐν ἀριστερᾷ ναός, ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ αὐτὸς ὁ Παλαίμων.

Paus. II 3, 4. μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων.

Nummi: Mionnet, Suppl. IV 89, 597 (Anton. Pius) Ino avec son fils se précipitant d'un rocher dans la mer, où l'on aperçoit un dauphin. Cfr The Journal of hell. stud. VI 61 sq. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 647 (Sept. Sever.) Ino l., with infant Melikertes in her arms, throwing herself into the sea: before her, Isthmos naked, seated r. on rock, and placing his l. hand on a rudder; in the sea between the figures is a dolphin r.

Inonem[1] deam in mari laborantes tuentem iam pridem in Isthmo notam fuisse vel ex iis apparet, quæ de prima

[1] Quod de nominibus Palæmonis et Melicertæ infra (p. 137) scriptum est, etiam ad nomina Inonis et Leucotheæ transferendum est; sicut enim ille etiam deus factus nomen, quod ei mortali inditum erat, retinuit, ita hæc quoque dea facta nomine Inonis sæpenumero appellata est.

Aliud quoque nomen, Βόνη, Inoni addebatur. Et. Magn. v. Βόνη. Cfr Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 107. Præterea nomen Leucothea non

origine Isthmiorum tradita sunt [1]; quin et fuere, qui Sisyphum sacrificium et alia, quæ in Isthmiis celebrandis perpetrabantur, in honorem et Melicertæ et Inonis principio instituisse narrarent [2]. Et si diligentius ea, quæ de cultu Isthmio prodita sunt, perscrutabimur, Inonem in eo una cum Neptuno et Melicerta per omne fere tempus divino honore cultam esse reperiemus. Velut apud Pausaniam [3] scriptum invenimus scopulum, unde in mare se præcipitasse Inonem cum filio fama erat, his duobus consecratum esse, idemque auctor est signa Inonis, Melicertæ, Neptuni et in templo Melicertæ, quod intra sæptum templi Neptuni Isthmii situm erat, et in ipsa urbe una posita esse. Haud scio an Ino his locis vicibus Amphitrites, uxoris Neptuni [4], functa sit, quod si ita est, hæc coniunctio numinum antiquioris originis erat fabulis, quæ Amphitriten et Neptunum in cultu Isthmio coniungebant; neque enim dubium est, quin perantiqua dea fuerit Ino [5].

Etiam in templo Isthmio Neptuni statua Inonis posita erat.

Cultus Inonis late propagatus erat [6]; intimam rationem cum Inone Isthmia habebat Ino, cui temporibus Pausaniæ Megaræ [7] templum dedicatum erat: utraque dea ad cultum Boeotium, in quo cum Baccho coniuncta colebatur Ino, originem rettulit.

Inoni solum indebatur sed ei commune fuisse videtur cum aliis deabus marinis. Hesych. v. Λευκοθέαι. Cfr Et. Magn. v. Λευκοθέα. et Eudoc. p. 276.

[1] Schol. Pind. Isthm. Arg. p. 515 Boeckh.; Paus. I 44, 7—8; Schol. Eur. Med. v. 1284.

[2] Luc. De salt. 42; Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 107.

[3] I 44, 8. Cfr Luc. Dial. mar. 8, 1; 9. et Solin. 7, 17.

[4] Cfr Ael. Arist. Or. III p. 43 Dindorf.

[5] Cfr Wide, Lak. Kult. p. 230. Ael. Arist. l. l. p. 43, 44. Fortasse id quoque ad antiquam vim Inonis spectat, quod Pseudo-Lucianus (Ner. 3) Neronem facit Inonem Melicertamque simul cum Neptuno et Amphitrite in Isthmo perfodiendo venerantem. Cfr quæ Aelius Aristides in fine orationis tertiæ dicit. Constare igitur videtur Isthmum totum sicut ad Neptunum et Melicertam ita ad Inonem pertinuisse.

[6] Schirmer in Rosch. lex. d. griech. u. röm. Myth. II 2013 sq.

[7] Paus. I 42, 7.

Melicertes[1].

Corinthi:

Paus. II 1, 3 (In Isthmo). προϊοῦσι δὲ ἡ πίτυς ἄχρι γε ἐμοῦ πεφύκει παρὰ τὸν αἰγιαλόν, καὶ Μελικέρτου βωμὸς ἦν. ἐς τοῦτον τὸν τόπον ἐκκομισθῆναι τὸν παῖδα ὑπὸ δελφῖνος λέγουσι· κειμένῳ δὲ ἐπιτυχόντα Σίσυφον θάψαι τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ ποιῆσαι τῶν Ἰσθμίων. Cfr I 44, 7 sq.; Pind. fr. 1; Schol. Pind. Isthm. Arg. p. 514 Boeckh; Zenob. IV 38; Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 229, 107. Apollod. Bibl. III 28 Wagner; Clem. Alex. Protr. 2 p. 29 Potter, Strom. I 21 p. 401 Potter.

Paus. II 2, 1 (Intra sæptum templi Isthmii Neptuni). τοῦ περιβόλου δέ ἐστιν ἐντὸς Παλαίμονος ἐν ἀριστερᾷ ναός, ἀγάλματα δὲ ἐν αὐτῷ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ αὐτὸς ὁ Παλαίμων. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Ἄδυτον καλούμενον, κάθοδος δὲ ἐς αὐτὸ ὑπόγεως, ἔνθα δὴ τὸν Παλαίμονα νεκρύφθαι φασίν· ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ Κορινθίων ἢ ξένος ἐπίορκα ὀμόσῃ, οὐδεμία ἐστὶν οἱ μηχανὴ διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου.

---

[1] Palæmon vocatus est Melicertes, filius Athamantis et Inonis, postquam deus factus est (Apoll. Bibl. III 28 Wagner, Hygin. fab. 2, alii); tamen et puero mortali Palæmonis nomen fuisse (Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 229—231) et deo sæpissime nomen Melicertæ inditum esse invenio. Apud Romanos deus, qui Græce Palæmon dicebatur, Portunus appellatus est. Hic tamen Portunus, cuius cultus per omnes fere terras Maris interni propagatus erat, munera plane alia ac Melicertes sustinens, sicut apud Græcos recentiore ætate Palæmon deus portuum habitus est (Serv. Comm. in Verg. Aen. V v. 241; Hyg. fab. 2).

C. I. G. 1104. Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Λικίνιος Πουβλίου υἱός, Αἰμιλίᾳ, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου — — — — —. ὁ αὐτὸς καὶ τὸ Παλαιμόνιον σὺν τοῖς προσκοσμήμασιν καὶ τὸ ἐναγιστήριον καὶ τὴν ἱερὰν εἴσοδον — — — — ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν κτλ.

Paus. II 1, 8 (In templo Neptuni). τῷ δὲ ἅρματι Ἀμφιτρίτη καὶ Ποσειδῶν ἐφεστήκασι, καὶ παῖς ὀρθός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος ὁ Παλαίμων· ἐλέφαντος δὲ καὶ χρυσοῦ καὶ οὗτοι πεποίηνται.

Plut. Thes. 25. ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τιθεὶς αὐτόθι (sc. ἀγών) νυκτὸς ἐδρᾶτο, τελετῆς ἔχων μᾶλλον ἢ θέας καὶ πανηγυρισμοῦ τάξιν. Cfr Schol. Ap. Rh. III 1240; Schol. Arist. Eqv. v.609; Philostr. Heroic. XX 24 (II p. 207 Kayser).

Philostr. mai. Imag. II 16 (II p. 362 sq. Kayser). ὁ θύων ἐν Ἰσθμῷ δῆμος, εἴη δ'ἂν ὁ ἐκ τῆς Κορίνθου, καὶ βασιλεὺς οὑτοσὶ τοῦ δήμου, Σίσυφον αὐτὸν ἡγώμεθα, τέμενος δὲ τουτὶ Ποσειδῶνος ἠρέμα τι προσηχοῦν θαλάττῃ, αἱ γὰρ τῶν πιτύων κόμαι τοῦτο ᾄδουσι, τοιάδε, ὦ παῖ, σημαίνει· ἡ Ἰνὼ τῆς γῆς ἐκπεσοῦσα τὸ μὲν ἑαυτῆς Λευκοθέα τε καὶ τοῦ τῶν Νηρηίδων κύκλου, τὸ δὲ τοῦ παιδὸς ἡ γῆ Παλαίμονι τῷ βρέφει χρήσεται. καταίρει δὲ ἤδη ἐς αὐτὴν ἐπὶ δελφῖνος εὐηνίου, καὶ ὁ δελφὶς τὰ νῶτα ὑποστρωννὺς φέρει καθεύδοντα διολισθάνων ἀψοφητὶ τῆς γαλήνης, ὡς μὴ ἐκπέσοι τοῦ ὕπνου, προσιόντι δὲ αὐτῷ ῥήγνυταί τι κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἄδυτον διασχούσης τῆς γῆς ἐκ Ποσειδῶνος, ὅν μοι δοκεῖ καὶ Σισύφῳ τούτῳ προειπεῖν τὸν τοῦ παιδὸς ἔσπλουν καὶ ὅτι θύειν αὐτῷ δέοι. θύει δὲ ταῦρον τουτονὶ μέλανα, ἀποσπάσας, οἶμαι, αὐτὸν ἐκ τῆς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγέλης. ὁ μὲν οὖν τῆς θυσίας λόγος καὶ ἡ τῶν θυσάντων ἐσθὴς καὶ τὰ ἐναγίσματα, ὦ παῖ, καὶ τὸ σφάττειν ἐς τὰ τοῦ Παλαίμονος ἀποκείσθω ὄργια, σεμνὸς γὰρ ὁ λόγος καὶ κομιδῇ ἀπόθετος, ἅτ' ἀποθειώσαντος αὐτὸν Σισύφου τοῦ σοφοῦ· σοφὸν γὰρ ἤδη που δηλοῖ αὐτὸν ἡ ἐπιστροφὴ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος εἶδος, εἰ μὲν τὰς Γυρὰς πέτρας ἢ τὰ Θετταλικὰ ὄρη ῥήξειν ἔμελλε, δεινὸς ἂν που ἐγράφετο καὶ οἷον πλήττων, ξένον δὲ τὸν Μελικέρτην ποιούμενος, ὡς ἐν τῇ γῇ ἔχοι, μειδιᾷ καθορμιζομένου καὶ κελεύει τὸν

Ἰσθμὸν ἀναπετάσαι τὰ στέρνα καὶ γενέσθαι τῷ Μελικέρτῃ οἶκον.

Pseud.-Luk. Ner. 3. προελθὼν δὲ τῆς σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε καὶ ᾄσμα οὐ μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ. Cfr Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 107; Ael. Arist. Or. III p. 46 Dindorf.

Paus. II 3, 4. μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἕρμου Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 545 sq. (Claudius) Melikertes lying on back of dolphin, wich swims l.; 621 sq. (L. Verus); 594 (Hadrianus) Melikertes lying on back of dolphin r., under pine-tree, cfr 613 (Marcus Aurelius), 634 sq. (Commodus), 648 sq. (Sept. Severus); 612 (Marcus Aurelius) Garlanded altar of Melikertes under a pine-tree; upon it lies a dolphin, on the back of wich rests Melikertes: before the altar Isthmos stands naked l., holding rudder and touching with r. a branch of the tree; 614 (Marcus Aurelius), 624 (L. Verus), 676 (Geta) Circular temple of Melikertes with dome-shaped roof, flanked by two dolphins. The temple stands on a basement in the midst of which is an arched doorway. In front, a bull l. approaching temple, and behind the bull a pine-tree; 681, 683 (Imperial Times) Melikertes riding on dolphin r., with thyrsos over his shoulder: border of dots. Cfr Eckhel, Doctr. num. vol. II 241 sq. et Head, Hist. num. p. 339.

Melicertes nobis obviam fit deus, cuius cultus nullo fere alio loco quam Corinthi et in Isthmo invenitur; hic tamen compluribus locis divino honore fruitus est hic deus.

Pausanias narrat aram Melicertæ dedicatam fuisse non procul a Crommyone[1]. In primis autem colebatur Me-

[1] Utrum hæc ara prope hoc oppidulum sita fuerit necne, e contextu verborum Pausaniæ minus certo non satis apparet; Siebelis verba προιοῦσι δὲ κτλ., cum sic enarrat: "operis (sc. Thesei) index est pinus, quæ in ipso adhuc litore se progredientibus ostendit. Fuit hoc ipso in

licertes intra sæptum templi Neptuni Isthmii, ubi et templo honoratus erat sacelloque quodam, quod sub terra situm Ἄδυτον vocat Pausanias, et statua dei in formam pueri efficti una cum simulacris Neptuni et Amphitrites in curru aureo, quem dedicaverat Herodes Atticus, posita erat. Hæc delubra eadem fuisse ac τὸ Παλαιμόνιον καὶ τὸ ἐναγιστήριον καὶ τὴν ἱερὰν εἴσοδον, quorum mentionem facit titulus, quem supra attuli, veri simillimum mihi videtur [1]. In ipsa quoque urbe statua Melicertæ iuxta viam, quæ e foro in portum Lechæum ducebat, una cum Leucotheæ et Neptuni signis statuta erat. Hæc fere sunt, quæ de statuis et templis Melicertæ Corinthi et in Isthmo dedicatis prodita sunt; omnibus fere locis, ut vidimus, quæ ad honorem Melicertæ spectabant cum cultu Neptuni coniuncta erant, et re vera ludi Isthmii, quos in honorem Neptuni homines recentioris ætatis celebrabant, memoriam Melicertæ dei posteritati propagaverunt. Ea ipsa, quæ de his ludis instituendis traduntur, quam arte cum Neptuno coniunctus sit Melicertes, ostendunt. Namque plurimi narraverunt patrem Melicertæ Athamantem furore, quem iniecisset Iuno, captum filios suos ex Inone natos Learchum et Melicerten [2] vel Learchum [3] solum necasse; causam, cur Athamanti irata esset Iuno, eam fuisse, quod ille una cum Inone uxore Bacchum puerum a Mercurio traditum educaret; puero vel pueris necatis Inonem furorem mariti evitantem fugisse et ex scopulo haud procul a Megaris sito cum Melicerta in mare se præcipitasse; hic corpus Melicertæ accepisse delphinum et in Isthmum Corinthium portasse; tum Sisyphum, regem Corinthiorum, a Nereidibus iussum esse corpus mortuum Melicertæ, filii fratris, sepelire et in honorem eius cum alia instituere tum ludos celebrare. De singulis alii alia tradiderunt, sed inter omnes constat per delphinum, animal Neptuni sacrum, ad

loco Melicertæ ara" iusto liberius interpretatus est. Plerique tradiderunt prope Schoenuntem ad litus Isthmium appulsum Melicerten repertum esse.

[1] Cfr E. Curtius, Peloponnesos II 596 n. 90.

[2] Zenob. IV 38.

[3] Apollod. Bibl. III 28 Wagner; Schol. Tzetz. Lycophr. Alex. v. 229—231 (Κλέαρχος); Schol. Pind. Isthm. Arg.

Isthmum vectum esse Melicerten, et Nereides, quæ artissime coniunctæ erant cum Neptuno, Sisyphum iussisse Isthmia condere. Plutarchus[1] narrat Theseum, quæ in Isthmiis celebrandis fiebant, ita mutasse, ut post eum ludi Isthmii in honorem Neptuni celebrarentur; apparet igitur temporibus illius credidisse homines fuisse tempus, quo ludi Isthmii nondum in honorem Neptuni celebrarentur, id est cultum Neptuni, qui quidem cum ludis Isthmiis cohæreret, recentioris originis esse quam Melicertæ. Sic cultum Melicertæ cum cultu Neptuni cohærere plerosque credidisse invenio[2].

Etiam de iis, quæ in cultu Melicertæ observabantur, tradita sunt nonnulla, quæ ad veram vim numinis dei percipiendam haud contemnenda videantur. Plutarchus in iis commemorandis, quæ in cultu Isthmio commutaverat Theseus, talibus verbis usus est, ut indicare voluisse videatur illum ad nocturnum cultum et initiatorias cæremonias, quæ ibi antea in honorem Melicertæ peractæ erant, spectaculum et celebritatem publicam, ut ita dicam, adiecisse. Philostratus[3] auctor est taurum nigrum e grege Neptuni exhibitum Melicertæ immolatum esse, ea tamen, quæ in sacro perpetrando prodebantur, neque minus vestem sacerdotis, sacrificium funerale, ritus, qui in victima mactanda observabantur, in orgia dei reservari fas fuisse. Pausanias narrat in Adyto, quod vocat, sepultum esse deum subterraneumque introitum in eum

[1] Thes. 25.

[2] Alia quoque fama tradita erat, quam ad nos pertulerunt Philostratus (Im. II 16) et scholiastes Apollonii Rhodii (III 1240), quorum hic Ἴσθμια τὰ ἐν Ἰσθμῷ τελούμενα τῆς Κορίνθου πρότερον μὲν τῷ Ποσειδῶνι, ὕστερον δὲ Μελικέρτῃ κατὰ κέλευσιν τοῦ τότε βασιλεύοντος Σισύφου τοῦ Αἰόλου, ille ξένον δὲ τὸν Μελικέρτην ποιούμενος, ὡς ἐν τῇ γῇ ἔχοι, μειδιᾷ καθορμιζομένου καὶ κελεύει τὸν Ἰσθμὸν ἀναπετάσαι τὰ στέρνα καὶ γενέσθαι τῷ Μελικέρτῃ οἶκον scripta vult. Re vera haud ita multum intersit inter ea, quæ vulgo credita erant, et quæ tradiderunt Philostratus et scholiastes Apollonii, nam sive his sive Plutarcho et opinioni vulgari credimus, plurimum numinibus marinis in condendo cultu Isthmio tribuitur. Apud Pseud.-Dion. Chrysostom. Or. XXXVII 14 Emper. scriptum invenimus Neptunum et Solem Isthmia simul condidisse. — Cfr Ovid. Met. IV 525 sq.

[3] Imag. II 16.

locum duxisse, atque religione omnium consecratum esse unumquemque Corinthiorum vel advenarum, qui se ibi periurio astrinxisset, nullo modo poenam certam effugere posse. Hæc omnia si diligenter consideramus, fieri non potest, quin duæ res in primis animadvertendæ videantur: Melicertes in cultu artissime cum Neptuno coniungebatur, et omnia fere, quæ de cultu eius, qualis fuerit, cognita habemus, eiusmodi erant, ut ad summam similitudinem accederent eorum, quæ in honorem dei inferi vel herois fieri solebant[1]. Ad societatis vinculum, quo cum Neptuno coniungebatur Melicertes, cum alia spectabant multa, sicut iam supra monui, tum id, quod simul cum matre nautis in mari laborantibus opem ferre credebatur[2]. Quæ cum ita sint, non possum equidem iis[3] assentiri, qui censuerunt Melicerten illum eundem fuisse ac deum πολιοῦχον urbis Tyri, quem Melqart vocabant Tyrii; immo vero Melicertes deus vere patrius in Isthmo erat, qui loco cedere Neptuno coactus est, divino tamen honore usque ad extrema tempora imperatorum Romanorum ibi fruebatur. Sicut Neptunus recentiore ætate ita priscis temporibus Melicertes ut deus maris potens Isthmum obtinebat, et postea quoque, cum iam totum Isthmum Neptuno concessisset, quæ ibi fiebant, ei cordi esse crediderunt; ob eamque rem Nero, cum in eo esset, ut Isthmum perfoderet, non solum Neptunum Amphitritenque veneratus est sed etiam in honorem Melicertæ matrisque eius carmen "haud magnum" cantavit[4]. At si quis quærit, unde in Isthmum principio venerit cultus Melicertæ, commemorandum est vix quidquam pro certo in hac re confirmari posse, omnia autem, quæ fabulati sunt posteriores, nos in Boeotiam, non in Phoenicen ducere. Ibi, si fabulis credendum est, Melicertes

---

[1] Cfr Stat. Theb. VI v. 10 tristes — — — Palæmonis aras.

[2] Apollod. Bibl. III 28 Wagner; Anth. Pal. VI 164; 223; 349 alibi. Eur. Iph. Taur. v. 270 sq. Stat. Silv. III 2, 39 sq.

[3] E. Wilisch, Die Sagen v. Korinth nach ihrer gesch. Bedeutung (N. Jahrb. für class. Philol. u. Pæd. CXVII 1878) 726 sq.; E. Curtius, Gr. Gesch. I 49; E. Meyer, Gesch. d.-Alterth. I p. 231; II p. 146.

[4] Pseud.-Luk. l. s. l. Cfr Ael. Arist. Or. III p. 46 Dindorf.

ab Inone simul cum Baccho, quem iussu Iovis Mercurius[1] Athamanti Inonique tradiderat, educatus est, ibi a parente in furorem ab irata Iunone præcipitato nondum adultus ut cervus[2] occisus est. Quæ fabula societatem quandam indicat inter Melicerten et Bacchum[3] exstantem, ad quam optime quadrabant et sacra initia, quæ in Melicerta Isthmio celebrando fiebant, et signum, quod præbent nummi aliquot[4] Corinthi ætate imperatorum Romanorum signati: Melicertes delphino insidens et humero thyrsum gestans.

Iam supra monui cultum Melicertæ antiquiore tempore Corinthi et Isthmi proprium fuisse; postea deus portuum idemque tutor nautarum factus Melicertes per totam fere Græciam[5] nomine Palæmonis divino cultu fruebatur. — In insula Tenedo, si credendum est scholiastis[6] Lycophronis, summa religione cultus hic deus etiam infantibus immolandis honoratus est.

---

[1] Fortasse non casu evenit, quod auctore Pausania signa Neptuni, Inonis, Melicertæ Corinthi μετὰ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ posita erant (Paus. II 3, 4).

[2] Apollod. Bibl. l. l.

[3] Cfr K. O. Müller, Orchom.[2] p. 169. Plut. Quæst. conv. V 3 p. 675 E sq.

[4] Vide supra: nummi.

[5] Cic. De nat. deor. III 15, 39.

[6] Schol. v. 224 sq. Kinkel τὸ δὲ δὴ Παλαίμων· Παλαίμων ὁ Μελικέρτης, ὁ τῆς Ἰνοῦς υἱός· οὗτος σφόδρα ἐτιμᾶτο ἐν τῇ Τενέδῳ. ἔνθα καὶ βρέφη αὐτῷ ἐθυσίαζον. Cfr schol. Tzetz. v. 229—231; parafr. P 229 Scheer.

Glaucus. (Glauce).

Corinthi:

Schol. Plat. Rep. X. p. 611 D. τὸν Γλαῦκόν φασι Σισύφου καὶ Μερόπης εἶναι υἱόν, γενέσθαι δὲ θαλάττιον δαίμονα. οὗτος γὰρ περιτυχὼν τῇ ἀθανάτῳ πηγῇ καὶ κατελθὼν εἰς αὐτὴν ἀθανασίας ἔτυχε, μὴ δυνηθεὶς δὲ ταύτην τισὶν ἐπιδεῖξαι εἰς θάλασσαν ἐρρίφη. καὶ περίεισι τοὺς αἰγιαλοὺς πάντας καὶ τὰς νήσους ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅμα τοῖς κήτεσι. μαντεύεται δὲ πάντα φαῦλα· καὶ γὰρ ἐπιτηροῦσιν οἱ ἁλιεῖς νύκτα, καθ' ἣν αὐτοῖς χρᾷ σὺν πατάγῳ πολλῷ, καὶ καταδύντες εἰς τὸ κοῖλον τῆς νεὼς ἐστραμμένης αὐτῆς (ἀόρατος γὰρ ὁ δαίμων αὐτοῖς) θυμιῶσιν, ἐπευχόμενοι ἀπαλλαγὴν ὧν προαγορεύει. ὁ δὲ προσνηξάμενος τῇ πέτρᾳ ὀλοφύρεται τὴν ἀθανασίαν Ἑλλάδι φωνῇ αἰολιζούσῃ, καὶ προλέγει ζῴων καὶ καρπῶν φθοράν. οἱ δὲ ἀπεύχονται ἀπόσιτοι καὶ ἄποτοι διατελοῦντες.

Etiam Glaucus, deus ille piscatorum et nautarum patronus, cuius cultus Anthedone[1] in primis florebat, apud Corinthios in numero deorum habebatur. Sed suo arbitrio conformarunt Corinthii, quæ de Glauco prodita erant; quem suum vindicantes Sisyphi et Meropes filium faciebant, et eum per vim fontis cuiusdam divinitatem nactum esse contendebant; postea, cum fontem illum quærentibus demonstrare non posset, in mare præcipitem se de-

[1] Paus. IX 22, 6—7. Cfr R. Gædechens, Glaukos p. 28 n. 2.

disse et ita deum marinum factum esse, qui semel in anno omnes oras et insulas invisens ζῴων καὶ καρπῶν φθοράν præcineret.

Corinthii igitur familiæ regum suorum [1], qui vocantur, Glaucum inserebant eumque cum Sisypho [2] aliisque numinibus marinis æquabant, et sicut Glaucum Bellerophontis, Neptunum Chrysaoris patrem plerique nominaverunt, ita apud nonnullos Neptunum [3] Bellerophontis, Glaucum [4] Chrysaoris patrem fuisse scriptum invenimus. Quæ res simul cum aliis aperte ostendit Glaucum eundem habitum esse ac Neptunum; quod non sine causa factum est, nam antiquitus Glaucus deus maris potens erat, cuius cultus late [5] pervulgatus erat, sed cum ille sicut tot alia numina marina ad certam naturæ proprietatem non pervenisset, fieri non potuit, quin recentiore ætate idem haberetur ac Neptunus. Quæ cum ita sint, facile est intelligere, cur templa aut aræ, ubi divino honore apud Corinthios fruitus sit Glaucus — nisi credamus licet Glaucum Ταράξιππον, qui in Isthmo positus erat [6], cultu honoratum esse — demonstrari non possint: Glaucus summa religione colebatur tempore, cum nondum ortus esset mos deos templis aut aris exstructis venerari.

Etiam cum Melicerta coniungebatur Glaucus vel ita, ut idem haberentur [7], vel ita, ut amore Melicertæ captus [8] in mare se præcipitasse perhiberetur Glaucus; iam supra monui apud Clementem Alexandrinum scriptum inveniri Glaucum in honorem Melicertæ τὰ Ἴσθμια instituisse.

---

[1] Cfr Simonid. fr. 84 Bergk[4] οἵ τε πόλιν Γλαύκοιο, Κορίνθιον ἄστυ, νέμοντες.

[2] Apud Clem. Alex. Strom. I 21 p. 401 Potter scriptum est Glaucum Isthmia in honorem Melicertæ instituisse.

[3] Cfr Schol. Pind. Ol. XIII v. 98 et Schol. Il. Z v. 155.

[4] Cfr Steph. Byz. v. Μύλασα.

[5] R. Gædechens o. l. p. 188 sq.

[6] Paus. VI 20, 19.

[7] Nicanor apud Athen. VII 296 d.

[8] Hedylus apud Athen. VII 297 a.

Fortasse Glauce, filia illa Creontis, quæ, si Pausaniæ[1] credendum est, nomen suum fonti Corinthio imposuerat, nihil aliud erat nisi instar deæ marinæ cum Glauco, deo marino, coniunctæ. Namque primum constat neminem Corinthi re vera regnantem nomen Creontis, qui pater Glauces ferebatur, gessisse, et Glaucen ipsam personam fictam fuisse, tum id, quod Glauce in fontem ruit, nos ad memoriam eorum, quæ de Glauco, Inone, Melicerta, aliis numinibus marinis tradita sunt, proxime reducit. Quibus causis commotus credo equidem Glaucen quoque principio numen marinum fuisse, cui intima ratio cum Glauco, antiquo deo marino, intercederet.

[1] II 3, 6. ἑτέραν δὲ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὴν ἐπὶ Σικυῶνα ἐρχομένοις ἔστιν ἰδεῖν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ ναὸς καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν Ἀπόλλωνος, καὶ ὀλίγον ἀπωτέρω κρήνη καλουμένη Γλαύκης· ἐς γὰρ ταύτην ἔρριψεν αὑτήν, ὡς λέγουσι, τῶν Μηδείας ἔσεσθαι φαρμάκων τὸ ὕδωρ νομίζουσα ἴαμα.

Nereides. Mare. Tritones. Pegasus.

ΚΗΤΟΣ.

Corinthi:

Paus. II 1, 8 (In Isthmo). τῷ βάθρῳ δέ, ἐφ' οὗ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται Θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα, ἑκατέρωθεν δέ εἰσιν αἱ Νηρηίδες καλούμεναι. ταύταις καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος βωμοὺς οἶδα ὄντας, τοὺς δὲ καὶ τεμένη σφίσιν ἀναθέντας * ποιμαινισιν, ἔνθα καὶ Ἀχιλλεῖ τιμαί·

Paus. II 1, 9. τὰ δὲ ἄλλα ἀνάκειται Γαλήνης ἄγαλμα καὶ Θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον, Ἰνώ τε καὶ Βελλεροφόντης καὶ ὁ ἵππος ὁ Πήγασος.

Paus. II 1, 7. τῷ ναῷ δὲ ὄντι μέγεθος οὐ μείζονι ἐφεστήκασι Τρίτωνες χαλκοῖ. καὶ ἀγάλματά ἐστιν ἐν τῷ προνάῳ, δύο μὲν Ποσειδῶνος, τρίτον δὲ Ἀμφιτρίτης, καὶ Θάλασσα, καὶ αὕτη χαλκῆ. τὰ δὲ ἔνδον ἐφ' ἡμῶν ἀνέθηκεν Ἡρῴδης Ἀθηναῖος, ἵππους τέσσαρας ἐπιχρύσους πλὴν τῶν ὁπλῶν· ὁπλαὶ δέ σφισίν εἰσιν ἐλέφαντος. καὶ Τρίτωνες δύο παρὰ τοὺς ἵππους εἰσὶ χρυσοῖ. τὰ μετ' ἰξὺν ἐλέφαντος καὶ οὗτοι·

Si verba Pausaniæ (II 1, 8), quæ supra attuli, incorrupta nobis servata sunt, aræ Nereidibus dedicatæ in Isthmo positæ fuerunt; etiam argumentum Pind. Isthm. indicare videtur Nereides apud Corinthios in honore præcipuo fuisse, quippe quæ Sisypho nuntium pertulerint, ut cultum in honorem Melicertæ instituerent.

In cultu singulæ Nereides haud ita multum eminebant; tamen monendum est Pausaniam auctorem esse Galenen statua iuxta signum Neptuni posita in templo Isthmio honoratam fuisse.

Etiam in arca Cypseli Nereides effictæ erant [1].

Præterea haud multis locis divino honore fruebantur Nereides: Isthmo excepto nisi in insulis Lesbo [2], Delo [3], Corcyra [4], prope urbem Cardamylen [5], apud sinum Pagasæum [6] cultum earum nusquam repperi.

Alia quoque numina marina nonnulla in templo Isthmio invenimus. In honorem Maris complures statuæ statutæ erant; Tritones et extra et intra templum positi erant; Pegasus et κῆτος, quod pectore tenus ad similitudinem equi effictum erat, iuxta signum Neptuni cernebantur.

---

[1] Paus. V 19, 8.

[2] Plut. VII sap. conv. 20 p. 163 B.

[3] Athen. VII 296 c.

[4] Schol. Ap. Rh. IV v. 1217.

[5] Paus. III 26, 7. Cfr Wide, Lak. Kult. p. 224.

[6] Herod. VII 191.

Neleus.

Corinthi:

Paus. II 2, 2. τάφους δὲ Σισύφου καὶ Νηλέως, καὶ γὰρ Νηλέα ἀφικόμενον ἐς Κόρινθον νόσῳ τελευτῆσαί φασι καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ταφῆναι, οὐκ ἂν οὐδὲ ζητοίη τις ἐπιλεξάμενος τὰ Εὐμήλου· Νηλέως μὲν γὰρ οὐδὲ Νέστορι ἐπιδειχθῆναι τὸ μνῆμα ὑπὸ Σισύφου φησί· χρῆναι γὰρ ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν ὁμοίως εἶναι.

Veri simile est Neleum, filium Neptuni, in Isthmo cultum esse. Etenim Pausanias narrat illum, cum Corinthum advenisset, morbo interisse et in Isthmo sepultum esse, sepulcrumque eius omnibus ignotum et esse et manere debere; quæ res fortasse indicat [1] Neleum numero immortalium in Isthmo habitum fuisse. Et si recordamur a Sisypho petisse Nestorem, ut de sepulcro patris certior fieret, facere non possumus, quin credamus Neleum, filium Neptuni, in Isthmo inter numina marina honoratum esse.

[1] Lobeck, Aglaoph. p. 284. Cfr E. Rohde, Psyche p. 137 n. 2.

Bellerophon.

Corinthi:

Paus. II 1, 9 (In Isthmo). τὰ δὲ ἄλλα ἀνάκειται Γαλήνης ἄγαλμα καὶ Θαλάσσης, καὶ ἵππος εἰκασμένος κήτει τὰ μετὰ τὸ στέρνον, Ἰνώ τε καὶ Βελλεροφόντης καὶ ὁ ἵππος ὁ Πήγασος.

Paus. II 2, 4. πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος ὀνομαζόμενον Κράνειον. ἐνταῦθα Βελλεροφόντου τέ ἐστι τέμενος καὶ Ἀφροδίτης ναὸς Μελαινίδος κτλ.

Paus. II 3, 5. κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν πεποίηνται πᾶσαν, ἅτε ἀφθόνου ῥέοντός σφισιν ὕδατος, καὶ ὃ δὴ βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐσήγαγεν ἐκ Στυμφήλου· θέας δὲ μάλιστα ἀξία ἡ παρὰ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι, καὶ τὸ ὕδωρ οἱ δι' ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth. No. 116 (circa 431—400 a. Chr. n.) Bellerophon naked and bare-headed, riding on bridled Pegasos flying r.; beneath ♀ (cfr 316 sq. et Mionnet II 170, 164, 167); 319 (circa 350—338 a. Chr. n.) Bellerophon wearing chlamys and petasos, riding on bridled Pegasos, with pointed wing, flying r.: he strikes downwards with his spear; beneath, ♀. Cfr 483 sq. (46—44 a Chr. n.) CORINTHVM Bellerophon, wearing petasos and chlamys, striding r., and seizing Pegasos r., by the bridle, before a porch., 562 sq., 618 (L. Verus), 645 (Sept. Sev.), 659 (Caracalla). Cfr The Journal of hell. stud. VI 62.

Bellerophon apud Corinthios divino honore fruitus esse videtur. In luco illo iuxta urbem sito, cui nomen erat Κράνειον, τέμενος Bellerophonti dedicatum erat. Quod templum mea quidem sententia certissimum afferri potest, cur credendum sit Bellerophontem Corinthi re vera cultum esse, quæ res nuper in controversiam vocata est[1]. Talibus verbis usus Pausanias hoc templum commemorat, ut probabile sit necessitudinem cultus Bellerophonti intercessisse cum Venere, quæ ipsa quoque nomine Μελαινίς templum in eo luco habebat. Ceterum sæpissime cum Neptuno, cuius filius esse credebatur[2], Bellerophon coniungebatur; velut in templo Isthmio Neptuni una cum signis Inonis et Pegasi statua eius posita erat. Et cum alio filio Neptuni, Pegaso, tam arte coniunctus erat, ut ille perpetuus comes et particeps omnium facinorum egregiorum eius existeret. Etiam cum Minerva fabulæ, quæ de præclaris facinoribus Bellerophontis traditæ sunt, eum coniungebant[3]. In ipsa urbe Corinthiorum iuxta viam, quæ e foro Lechæum ducebat, signum Bellerophontis positum erat Pegaso insidentis, cuius per ungulam aqua fontis profluebat.

Magnus quoque numerus nummorum Corinthiorum, qui sæpenumero ab antiquissimis temporibus usque ad recentiora tempora imperatorum Romanorum signum Bellerophontis Pegaso insidentis præbent, ostendere mihi videtur illum iam pridem numero deorum a Corinthiis habitum esse.

Nusquam in ipsa Græcia nisi Corinthi cultus Bellero-

---

[1] E. Bethe, Theban. Heldenl. p. 180 sq. Quod Bethe l. l. contendit: Pausanias erwähnt II 2, 4 ein Temenos des Bellerophon, aber nicht in der Stadt selbst, sondern auf dem Weg zum Isthmos, non satis diligenter dictum est; namque τέμενος illud et Κράνειον totum in proxima vicinitate urbis sita erant adeo, ut in Cranco habitantes incolæ urbis dicerentur. Cfr E. Curtius, Pelop. II 592 n. 80.

[2] Schol. Pind. Ol. XIII v. 98. τῷ μὲν γὰρ λόγῳ ὁ Βελλεροφόντης Γλαύκου ἐστὶ τοῦ Σισύφου, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Ποσειδῶνος. Cfr Schol. Il. Z v. 155.

[3] Cfr Pind. Ol. XIII v. 61 sq.

phontis institutus erat[1]; in Lycia autem, quo missum esse Bellerophontem a Proeto fama erat, τέμενος καὶ σῆμα habuisse illum auctor est Quintus Smyrnæus[2]; quæ res antiquam quandam rationem inter Corinthum et Lyciam intercessisse aperit.

---

[1] Quod I. A. Hartung (Die Relig. u. Myth. d. Griechen III 223) scribit Bellerophontem Mycenis cultum esse, nullis argumentis allatis probari non potest.

[2] X 162. Cfr Il. Z v. 194.

Sisyphus.

Corinthi:

Strab. VIII 379. ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου λευκῶν λίθων πεποιημένου διασῴζον ἐρείπια οὐκ ὀλίγα. Cfr Diod. XX 103.

Paus. II 2, 2. Σίσυφον δὲ ταφῆναι μὲν ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τὸν δὲ οἱ τάφον καὶ τῶν ἐφ' αὑτοῦ Κορινθίων ὀλίγους εἶναι τοὺς εἰδότας. Cfr Ael. Arist. Or. III p. 40 Dindorf.

Sisyphum quoque Corinthi a principio cultum fuisse veri simillimum mihi videtur. Quod ut credam, primum ea re adducor, quod Strabo et Diodorus ædem, cui nomen erat Σισύφειον, in Acrocorintho infra Pirenen fontem sitam commemorant, quæ ædes sine dubio templum Sisyphi habendum est[1]. Tum in Isthmo secundum communem opinionem sepultus erat Sisyphus, quamquam plerique, ut Pausanias testatur, sepulcrum ipsum ignorabant. Quæ res mirum quantum ad divinitatem Sisyphi comprobandam valet, namque monendum est antiquiores deos sæpissime ita cum novis numinibus, quibus loco cedere coacti essent, coniunctos fuisse, ut in templo novi dei antiquior deus sepultus esse crederetur[2]. Deinde

[1] E. Curtius, Pelop. II 535, censet τὸ Σισύφειον arcem regiam antiquissimam fuisse. Sed vide ut credibile sit reges antiquissimos sedem suam in loco collocasse, ubi semper periculis ex summo vertice Acrocorinthi imminentibus obiecti versarentur. Credo equidem hic de loco Sisyphi sacro agi.

[2] Cfr Wide Skand. Arch. (1891) I 125.

Aelius Aristides aperte[1] dicit Sisyphum numero ἡρώων vel ἡμιθέων habitum esse. Quæ omnia si consideramus, facere non possumus, quin Sisyphum deum habitum esse putemus, neque dubitari potest, quin ratio, quæ ei intima cum Neptuno et aliis numinibus maris potentibus intercedebat, illum ipsum quoque deum marinum fuisse[2] indicet.

[1] Or. III p. 40 Dindorf.

[2] Cfr I. A. Hartung, Die Rel. u. Myth. d. Griech. II p. 109 sq.

Achilles.

Corinthi:

Paus. II 1, 8 (In Isthmo). τῷ βάθρῳ δὲ, ἐφ' οὗ τὸ ἅρμα, μέση μὲν ἐπείργασται Θάλασσα ἀνέχουσα Ἀφροδίτην παῖδα, ἑκατέρωθεν δέ εἰσιν αἱ Νηρηίδες καλούμεναι. ταύταις καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος βωμοὺς οἶδα ὄντας, τοὺς δὲ καὶ τεμένη σφίσιν ἀναθέντας *ποιμαινισιν, ἔνθα καὶ Ἀχιλλεῖ τιμαί.

Verba Pausaniæ supra allata tam corrupta sunt, ut vix quidquam certi ex iis concludere liceat. Si ad Isthmum — quod rectene crediderint nonnulli [1] valde dubito — referenda sunt verba ἔνθα καὶ Ἀχιλλεῖ τιμαί, argumento sunt Achillem ibi numero numinum marinorum habitum esse. Talem vim Achilli aliis locis permultis [2] additam fuisse satis constat.

[1] Cfr Welcker, Gr. Götterl. III 252 sq.; Hartung, Die Rel. u. Myth. d. Griech. IV 163 sq.; Wide, Lak. Kult. p. 233; Preller-Robert, Gr. Myth. I 557 n. 5; alii. — Plerique in hac re auctoritate interpretum Pausaniæ (Kuhn; cfr Clavier, Suppl. p. 62) et Köhleri (Mémoire sur les îles et la course consacrées à Achille dans la Pont-Euxin in Mémoires de l'Académie imperiale des sciences de St. Pétersbourg Tom. X p. 675, 797) nixi esse videntur; Fleischer (Rosch. Lex. der Myth. I 60) aperte dicit: Verehrung fand Er (nach Köhlers Emend. a. a. O. p. 797 zu Paus. II 1, 8) in der Nähe von Korinth an einem den Nereiden geweihten Orte. Neque tamen verba Pausaniæ, quæ nunc servata sunt, emendare conatus est Köhler, sed loco laudato hæc sola verba scripta invenimus: Achille fut révéré aussi aux environs de Corinthe, dans un endroit consacré aux Néréides (p. 675), et altero loco scriptum est: c'étoit là, à ce qu'il me semble, le sens de ce passage qui est corrompu (p. 797).

[2] Cfr Fleischer o. l. p. 60 sq.; Wide o. l. p. 233.

Cyclopes.

Corinthi:

Paus. II 2, 1 (In Isthmo). καὶ δὴ ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, Κυκλώπων καλούμενος βωμός, καὶ θύουσιν ἐπ' αὐτῷ Κύκλωψι.

In Isthmo, si Pausaniæ credi licet, situm erat templum quoddam vetus, cui nomen erat ara Cyclopum; etiam ætate auctoris nostri mos erat ibi rem divinam Cyclopibus facere. Perraro [1] cultum Cyclopum invenimus, neque satis cognitum habemus, quam ob causam in Isthmo culti sint Cyclopes, aut qualis vis ac natura eorum fuerit, sed vix errare mihi videtur, si quis eos in numero numinum marinorum habendos esse putat. Quod ut credam, maxime ea re adducor, quod intra sæptum templi Neptuni Isthmii una cum delubris Palæmonis aliorumque numinum maris potentium exstructa erat ara Cyclopum. De ritibus, qui in cultu eorum observabantur, nihil traditum est.

[1] Cfr G. F. Schoemann, Opusc. acad. IV 330 sq.

Hercules.

Corinthi:

Paus. II 3, 2. ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τῶν προπυλαίων ἐστιοῦσιν ἐν δεξιᾷ ἐστιν Ἡρακλῆς χαλκοῦς.

Paus. II 4, 5. τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλινίτιδος πρὸς τῷ θεάτρῳ σφίσιν ἐστίν, καὶ πλησίον ξόανον γυμνὸν Ἡρακλέους· Δαιδάλου δὲ αὐτό φασιν εἶναι τέχνην. Δαίδαλος δὲ ὁπόσα εἰργάσατο, ἀτοπώτερα μέν ἐστιν ἔτι τὴν ὄψιν. ἐπιπρέπει δὲ ὅμως τι καὶ ἔνθεον τούτοις.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 481 sq. (c:a 300—243 a. Chr. n.) Head of bearded Herakles wearing wreath. The Journal of hell. stud. VIII 52 (Anton. Pius) Herakles facing, head turned to left; holds in right hand club wich rests on a cippus, on left arm lion's skin; VI 75 (M. Aurelius) Aphrodite and Herakles, (Commodus) Aphrodite, Poseidon, and Herakles; 72 (M. Aurelius, Sept. Severus, Caracalla) Herakles standing (cfr Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 662), (Commodus) Herakles naked to left; club and skin in left; right hand raised; to his left, Aphrodite Urania with shield, and Poseidon; VIII 52 (Commodus) Herakles naked standing to left; right hand raised, in left, wich is partly raised, club and lion's skin; before him, Aphrodite holding shield.

Sicyone:

Paus. II 9, 8. ἐνταῦθα Ἡρακλῆς χαλκοῦς ἐστι· Λύσιππος ἐποίησεν αὐτὸν Σικυώνιος. καὶ πλησίον Ἑρμῆς ἕστηκεν Ἀγοραῖος.

Paus. II 10, 1. ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ὄντι οὐ μακρὰν Ἡρακλῆς ἀνάκειται λίθου, Σκόπα ποίημα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθι ἱερὸν Ἡρακλέους· τὸν μὲν πάντα ἐνταῦθα περίβολον Παιδιζὴν ὀνομάζουσιν, ἐν μέσῳ δέ ἐστι τῷ περιβόλῳ τὸ ἱερόν, ἐν δὲ αὐτῷ ξόανον ἀρχαῖον, τέχνη Φλιασίου Λαφάους. ἐπὶ δὲ τῇ θυσίᾳ τοιάδε δρᾶν νομίζουσι. Φαίστον ἐν Σικυωνίᾳ λέγουσιν ἐλθόντα καταλαβεῖν Ἡρακλεῖ σφᾶς ὡς ἥρωϊ ἐναγίζοντας· οὔκουν ἠξίου δρᾶν οὐδὲν ὁ Φαῖστος τῶν αὐτῶν, ἀλλ' ὡς θεῷ θύειν. καὶ νῦν ἔτι ἄρνα οἱ Σικυώνιοι σφάξαντες καὶ τοὺς μηροὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καύσαντες τὰ μὲν ἐσθίουσιν ὡς ἀπὸ ἱερείου, τὰ δὲ ὡς ἥρωϊ τῶν κρεῶν ἐναγίζουσι. τῆς ἑορτῆς δὲ ἣν ἄγουσι τῷ Ἡρακλεῖ, τὴν προτέραν τῶν ἡμερῶν Ὀνόματα ὀνομάζοντες, Πράκλειαν δὲ καλοῦσι τὴν ὑστέραν.

Paus. II 10, 7. ἀπὸ τούτων δὲ ἀνιοῦσιν ἐς τὸ γυμνάσιόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Φεραίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος· κομισθῆναι δὲ τὸ ξόανον λέγουσιν ἐκ Φερῶν. τὸ δέ σφισι γυμνάσιον τοῦτο Κλεινίας ᾠκοδόμησε, καὶ παιδεύουσιν ἐνταῦθα ἔτι τοὺς ἐφήβους. κεῖται δὲ λίθου λευκοῦ καὶ Ἄρτεμις, τὰ ἐς ἰξὺν μόνον εἰργασμένη, καὶ Ἡρακλῆς τὰ κάτω τοῖς Ἑρμαῖς τοῖς τετραγώνοις εἰκασμένος.

Paus. II 11, 8 (Titanæ). τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς, Ἡρακλῆς καὶ Νῖκαι πρὸς τοῖς πέρασίν εἰσιν.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 56, 247 (Geta) Herakles r., standing; holds in r., club, lion's skin over left arm. Cfr The Journal of hell. stud. VI 79.

Herculem templum aut aram Corinthi habuisse traditum non est, sed nihilo minus veri simile mihi videtur illum

posteriore certe ætate locum haud contemnendum in cultu Corinthio obtinuisse, quod cum e verbis Pausaniæ tum e testimoniis nummorum coicio. Nam si ea, quæ a Pausania tradita sunt, attendimus, Herculem ad propylæa portæ Lechææ imminentia signo aeneo honoratum fuisse cognoscimus. Aliud quoque signum Herculis nudum atque e ligno factum in urbe Corinthiorum conspiciebatur, cui tantam vetustatem ætate auctoris nostri tribuebant homines, ut Dædalum [1] artificem nominarent, quod signum prope templum Minervæ Χαλινίτιδος positum fortasse indicat Herculem apud Corinthios cum hac dea rationem habuisse, quam et in cultu et in fabulis et in operibus artificum sæpissime expressam esse inter omnes constat. Sed etiam cum aliis diis Herculem Corinthi coniunctum fuisse nummi docent: velut complures nummi ætate imperatorum Romanorum signati servati sunt, qui imaginem Herculis et cum Veneris ac Neptuni et cum Veneris solius effigie una positam præbent. Cum Venere nullo alio loco, quod sciam, cultus commercium habebat Hercules; cum Neptuno autem, quem fabulæ [2] nonnumquam adversarium Herculis fuisse faciunt, etiam Aegii [3] necessitudo cultus Herculi intercedebat.

Cum Venere igitur, quam religiosissime Corinthi cultam fuisse constat, et cum Neptuno, qui ipse quoque deus maximi momenti apud Corinthios erat, et fortasse cum Minerva in cultu Corinthio coniungebatur Hercules. Quod cum ita sit, iis [4] assentiri non possum, qui sibi persuaserunt Herculem ad fabulas aut ad cultum Corinthiorum omnino non pertinuisse [5].

In maiore etiam honore ætate Pausaniæ Sicyone fu-

[1] Etiam Thebis Dædalum signum Herculis fabricatum esse fama erat. Paus. IX 40, 3.

[2] Cfr Gerhard, Gr. Myth. § 244 n. 3 c.

[3] Paus. VII 23, 10.

[4] E. Wilisch N. Jahrb. für class. Philol. u. Paed. CXVII (1878) 726 n. 3.

[5] Etiam in arca Cypseli complures imagines Herculis effictæ erant. Paus. V 17, 9, 11; 18, 4; 19, 1, 9.

isse videtur Hercules; nam exceptis signis etiam templo et diebus festis ibi honoratum fuisse Herculem auctor ille commemorat. Singula, quæ ad cultum Herculis apud Sicyonios celebratum pertinebant, duce Pausania perscrutantibus primum nobis occurrit signum aeneum eius, quod prope statuam Mercurii positum erat; quæ res sine dubio indicio est Herculem commercium cultus cum Mercurio habuisse, qua ex coniunctione, qualis fuerit cultus Herculis Sicyoniorum, optime, ni fallor, intelligi potest: deus gymnasiorum in primis erat apud Sicyonios Hercules [1]. Et re vera quærentibus apparebit signa Herculis Sicyone vere γυμνασιώδη fuisse. Nam non solum in gymnasio ad forum sito positum erat signum Herculis, sed etiam in altero gymnasio [2] a Clinia ædificato, ubi adolescentes exercebantur, una cum Diana signo ad similitudinem Hermæ quadrati efficto honoratus erat Hercules.

Etiam templum Sicyone habebat Hercules; auctor enim est Pausanias templum illi dedicatum antiquo signo ligneo exornatum in sæpto situm fuisse, quod Παιδιζήν [3] appellarent. In hoc templo festum duorum dierum in honorem Herculis agebatur, in quo impulsu Phæsti, ut ferebatur, Herculi et

---

[1] Sæpissime et una cum aliis diis et una cum Mercurio in gymnasiis Græcorum cultum esse Herculem inter omnes constat. Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 415 n. 3.

[2] Quæ de duobus gymnasiis Sicyoniorum, quorum mentionem facit Pausanias, prodita sunt, confudisse videtur Robertus Gompf, Sicyon. spec. I 84 n. 151.

[3] Haud merito in hoc verbo Παιδιζήν E. Curtius (Peloponnesos II 585 n. 62 Παιδιζήν?) offendit. Παιδιζήν illud nihil aliud significasse credo nisi locum, qui exercitationibus puerorum fervet (Kindelplatz, Pape-Benseler lex.). Si res se ita habet, hoc quoque sæptum Herculi, ut cui curæ essent ea, quæ ad pueros exercendos pertinebant, dedicatum erat. Præterea, quamvis verecundia sit mihi tironi verba præstantissimi artis cultoris vituperare, facere non possum, quin censeam Curtium (Pelop. II 494) non satis templum Herculis a gymnasio ad forum sito distinxisse. At Pausanias, qui in hac re auctor est noster, diserte dicit ἔστι δὲ καὶ ἑτέρωθι ἱερὸν Ἡρακλέους, quæ verba recte, ut meus fert sensus, Siebelis in commentario suo interpretatus est: in altera regione foro vicina.

ut heroi et ut deo — ante ætatem Phæsti, ut auctor est Pausanias, Herculi ut heroi tantum honor ibi habitus erat — statis ritibus observandis agno sacrificabatur. Diebus festis illis nomina erant alteri Ὀνόματα[1], alteri Ἡράκλεια.

Signum Herculis Titanæ in fastigiis templi Aesculapii positum maxime, ni fallor, ornandi causa ibi collocatum erat.

[1] Schubart, Præf. X: Ὀνόματα dittographia ad sequens ὀνομάζοντες, verumque nomen expulsum est.

Coronis.

Sicyone:

Paus. II 11, 7 (Titanæ). τῆς δὲ Κορωνίδος, ἔστι μὲν καὶ ταύτης ξόανον, καθίδρυται δὲ οὐδαμοῦ τοῦ ναοῦ· θυομένων δὲ τῷ θεῷ ταύρου καὶ ἀρνὸς καὶ ὑὸς ἐς Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὴν Κορωνίδα μετενεγκόντες ἐνταῦθα τιμῶσιν. Cfr c. 12, 1.

Coronis, mater Aesculapii, Titanæ una cum filio colebatur. Etenim auctor est Pausanias signum eius plerumque in templo Aesculapii nulla sede constituta conditum, cum deo sacra tauro, ove, sue fierent, in ædem Minervæ transportatum esse ibique sacrificiis honoratam esse Coronidem; in aliis autem sacris Aesculapio faciendis — etiam avibus rem divinam deo perpetratam esse auctor noster refert — locum suum in templo dei retinuisse signum Coronidis videtur. Manifestum igitur mihi esse videtur Coronidem, quam in fabulis intimam rationem cum Aesculapio habuisse inter omnes constat, in cultu Titaniensi cum illo ipso coniunctam plurimum valuisse eandemque temporibus Pausaniæ societatis quodam vinculo Minervam cum Aesculapio coniunxisse; quam coniunctionem numinum haud persæpe reperiri iam supra commemoravi[1]. Cum Baccho autem rationem Coronidem Titaniensem habuisse non inveni, quod contra ea, quæ abhinc paucos annos protulit Iohannes Boehlau[2], mo-

[1] Cfr p. 102.

[2] Bates u. Koronis (Bonner Studien) p. 126 sq. Boehlau, qui fabulas de compluribus Coronidibus narratas diligenter perscrutatus est, sibi

nitum volui. Nusquam alibi, quod sciam, Coronis cultum habuit; neque enim tam accurate cognitum habemus, qualis fuerit cultus Titanæ celebratus, ut contendere audeamus Κορωνίδας παρθένους, quarum templum Orchomeni, in urbe Boeotiæ, si Antonino Liberali [1] fides habenda est, positum erat, artius cum Coronide, matre Aesculapii, cohæsisse. Has enim sibi ipsas mortem in honorem deorum inferorum conscivisse et singulis annis a pueris puellisque μειλίγμασι honoratas esse auctor noster refert, quæ omnia rationem intimam cum diis inferis habuisse has παρθένους ostendunt; quod autem ad Coronidem Titaniensem attinet, nihil proditum est, quod aperte ostendat eam in numero inferorum habitam esse.

---

persuasit diversas Coronides repetendas esse ab uno (p. 130) numine Thessalicæ originis (p. 134), quod intimam necessitudinem cum diis inferis habuisset. Mihi quidem acutius quam verius conclusum esse hoc videtur, et nonnumquam (cfr p. 130 infra) argumentandi ratio, qua usus est Boehlau, eius forsitan sit, qui sibi maxime conscius finis, quo pervenire vult, suas ipsius — sit mihi venia verbo — opiniones pro argumentis profert. Ne uno quidem verbo cultum Coronidis apud Titanienses institutum perstringit, et omnino auctori vitio dandum est, quod non satis ea, quæ apud poetas tantum, ab iis, quæ in cultu posteritati tradita sunt, discrevit.

[1] Metam. XXV. Cfr Ovid. Metam. XIII 692 sq.

Alexanor. Euamerion.

Sicyone:

Paus. II 11, 7 (Titanæ). τῷ δὲ Ἀλεξάνορι καὶ Εὐαμερίωνι, καὶ γὰρ τούτοις ἀγάλματά ἐστι, τῷ μὲν ὡς ἥρωϊ μετὰ ἥλιον δύναντα ἐναγίζουσιν, Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. εἰ δὲ ὀρθῶς εἰκάζω, τὸν Εὐαμερίωνα τοῦτον Περγαμηνοὶ Τελεσφόρον ἐκ μαντεύματος, Ἐπιδαύριοι δὲ Ἄκεσιν ὀνομάζουσι.

Iam supra[1] ostendere conatus sum, quomodo in cultu Titaniensi cum Aesculapio cohæserint Alexanor et Euamerion: illum veterem deum valetudinis hominum tuentem, hunc hypostasin dei recentioris originis fuisse veri simile esse mihi persuasi.

[1] p. 101 sq.

Somnus. Somnium.

Sicyone:

Paus. II 10, 2. ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ διπλοῦν ἐστιν οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καί οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρω δὲ Ἀπόλλωνι ἀνεῖται Καρνείῳ, καὶ ἐς αὐτὸ οὐκ ἔστι πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ἔσοδος. κεῖται δὲ ἐν τῇ στοᾷ κήτους ὀστοῦν θαλασσίου μεγέθει μέγα, καὶ μετ' αὐτὸ ἄγαλμα Ὀνείρου. καὶ Ὕπνος κατακοιμίζων λέοντα, Ἐπιδώτης δὲ ἐπίκλησιν.

Sicyone intra sæptum Aesculapii sacrum duo signa Somni posita erant, quorum alterum in antica parte ædis duplicis, cuius pars interior Apollini Καρνείῳ dedicata erat, alterum, quod leonem sopiens effictum erat, in porticu una cum signo Somnii collocatum erat. Apparet igitur et Somnum[1] et Somnium Sicyone cultum habuisse. Vix in dubio esse mihi videtur, quænam causa fuerit, cur cum Aesculapio coniungerentur Somnus et Somnium: utriusque opera in munere suo perfungendo deus, qui medicinæ præerat, utebatur; non æque in aperto est, quid significaverit cognomen Ἐπιδώτης, quod, ut auctor est Pausanias, Somno in porticu posito inditum erat. Constat idem cognomen Lacedæmone Iovi[2] impositum fuisse; atque in sacris Mantineæ sitis de-

[1] Cfr Sauer in Rosch. lex. d. Myth. I 2848.

[2] Hesych. v. Ἐπιδώτας. Cfr Paus. III 17, 9 et Wide, Lak. Kult. p. 14 sq.

scribendis templi Ἐπιδώτου mentionem facit Pausanias[1] talibus verbis usus, ut veri simile sit ibi quoque Ἐπιδώτης cognomen Iovis fuisse; Epidauri[2] postremo templum diis Ἐπιδώταις dedicatum erat.

Plutarchus, qui solus, quod sciam, omnium auctorum antiquorum, quid sibi voluerit illud Ἐπιδώτης, aperit[3], Μειλίχιος, Ἀλεξίκακος cum hoc cognomine comparat, unde colligi licet deos Ἐπιδώτας eodem modo inter se cohæsisse ac deos Ἀποτροπαίους, Σωτῆρας, Ὁρκίους, alios, qui certa quadam ratione in cultu coniungebantur, et sicut Ἀποτρόπαιοι θεοί, ut iis exemplis utar, dii erant, quibus erat curæ, ut mala ab hominibus averterentur, ita Θεοὶ Ἐπιδῶται dii erant, quorum bona hominibus largiri erat[4]. Quam in sententiam si cognomen illud Ἐπιδώτης accipimus, admirationi nobis esse non potest, quod Somnus in templo Aesculapii cultus ita appellatus est, nam inter omnes constat Aesculapium sæpissime supplicibus somno devinctis[5], quid ad vires recuperandas faciendum esset, præcepisse.

---

[1] VIII 9, 2.

[2] Paus. II 27, 6.

[3] Non poss. suav. viv. sec. Epic. 22 p. 1102 E: οὐ τοίνυν ὀργαῖς καὶ χάρισι συνέχεται τὸ θεῖον ἅρμα, ὅτι χαρίζεσθαι καὶ βοηθεῖν πέφυκεν, ὀργίζεσθαι δὲ καὶ κακῶς ποιεῖν οὐ πέφυκεν· ἀλλ' "ὁ μὲν μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος", τῶν δ' ἄλλων θεῶν ὁ μέν ἐστιν Ἐπιδώτης ὁ δὲ Μειλίχιος ὁ δ' Ἀλεξίκακος κτλ.

[4] Cfr "wohlthätig" Welcker, Gr. Götterl. III 214, "der Mehrer" Wide, Lak. Kult. p. 15.

[5] Wide (Lak. Kult. 15) Ἐπιδώτην a principio numen inferum habitum esse credit, quæ sententia, si illud "a principio" premitur, mihi valde probatur, sed utrum Somnus Ἐπιδώτης deus inferus habitus sit necne, in medio relinquendum censeo, nam prorsus nihil de ritibus in Somno colendo observatis cognitum habemus, atque vide ne recentioris originis fuerit cultus illius, quam ut retenta etiamtum memoria naturæ inferæ Aesculapii ortus sit.

Dii patrii.

Corinthi:

C. I. G. 1104 (In Isthmo). Θεοῖς πατρίοις καὶ τῇ πατρίδι. Πούβλιος Αἰκίνιος Πουβλίου υἱός, Αἰμιλία, Πρεῖσκος Ἰουουεντιανός, ἀρχιερεὺς διὰ βίου — — — —. ὁ αὐτὸς καὶ — — — — καὶ τοὺς τῶν πατρίων θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περιβόλῳ καὶ προνάῳ — — — — ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν [1] κτλ.

Titulus ille, cuius partem supra attuli, ostendit Deos patrios aras, sæptum, vestibulum templi in Isthmo habuisse. Manifestum esse videtur hos deos societatis quodam vinculo coniunctos tum demum cultu frui incepisse, cum tantus numerus deorum peregrinorum illatus esset, ut homines religiosi deos a maioribus cultos diis e gentibus externis traductis opponere suum esse censerent. Itaque fieri non potest, quin eiusmodi cultus recentioris originis fuerit: cui coniecturæ non obstat, quod titulus supra allatus ætate Hadriani vel Antoninorum [2] incisus esse videtur. Hunc cultum nusquam alibi inveni [3].

[1] Cfr supra p. 43.

[2] Cfr Boeckhii adnot. ad hunc titulum addita.

[3] Herodotus (I 172) deos patrios diis peregrinis oppositos commemorat neque tamen ita, ut suspicari liceat hos ab ceteris diis diversos artius inter se in cultu coniunctos fuisse. Cfr adnot. Baehrii in locum laudatum.

Dii averrunci.

Sicyone:

Paus. II 11, 1. πρὸ τοῦ βωμοῦ δὲ αὐτῷ μνῆμα Ἐπωπεῖ κέχωσται, καὶ τοῦ τάφου πλησίον εἰσὶν Ἀποτρόπαιοι θεοί· παρὰ τούτοις δρῶσιν ὅσα Ἕλληνες ἐς ἀποτροπὴν κακῶν νομίζουσιν.

Prope templum Minervæ, quod Sicyone ædificasse Epopeus ferebatur, positi erant Dii averrunci. Haud facile est diiudicare, qui aut quot fuerint hi dei. Primum quidem apparere mihi videtur hos deos non ita a ceteris diis diversos fuisse, ut sicut Musæ, Parcæ, alii separatam, ut ita dicam, familiam numinum conficerent; potius cum diis coniugalibus, diis, per quos iurare mos erat, aliis eiusmodi numinibus conferendi sunt, quorum operam et auxilium cum ad alia tum ad certa quædam incepta peragenda implorari oportebat. Præter ceteros Ἀποτρόπαιοι appellabantur Apollo[1], Iuppiter et Minerva[2], Hercules[3]; fortasse etiam Castor et Pollux in numero horum numinum[4] habebantur. Iis deis, quippe qui mala et a populis et a singulis averterent, Si-

[1] Pauly-Wissow. Real-Encycl. II 189 sq. Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 276 n. 1.

[2] Dittenberger, Syll. 370, 70, 115. Cfr Pauly-Wissow. Real-Encycl. II 189 sq.

[3] Philostr. Vit. Apoll. IV 10 (I p. 130 Kayser), VIII 7 (I p. 314 Kayser).

[4] Paus. II 1, 9.

cyonii[1] sacrificabant, isdem et τοῖς σωτῆρσι Lacedæmonii, ut auctor est Xenophon[2], in summo discrimine rei publicæ immolabant, ad eos in uniuscuiusque generis periculis confugere apud Græcos omnino mos fuisse videtur[3].

[1] E. Gerhard (Gr. Myth. § 311 n. 1 d) contendit Apollinem Ἀποτρόπαιον Sicyone cultum habuisse; quod ita recte dici potest, ut una cum aliis diis averruncis divino honore ibi fruitus sit Apollo.

[2] Hell. III 3, 4.

[3] Plat. leg. IX p. 854 B.

Dii universi.

Corinthi:

Paus. II 2, 8. ἔστι δὲ καὶ Τύχης ναός· ἄγαλμα ὀρθὸν Παρίου λίθου. παρὰ δὲ αὐτὸν θεοῖς πᾶσίν ἐστιν ἱερόν.

Templum Diis universis Corinthi consecratum erat. Hic cultus compluribus locis reperitur, et mihi satis erit legentes ad ea delegasse, quæ Wide in libro suo, qui "Lakonische Kulte" inscribitur, collegit [1]. Addere possum hos deos etiam Orneis, in oppidulo Argolidis, cultos esse [2].

[1] p. 253.

[2] Paus. II 25, 6.

Necessitas. Violentia.

Corinthi:

Paus. II 4, 6. μετὰ δὲ αὐτὰ Ἡλίῳ πεποίηνται βωμοί, καὶ Ἀνάγκης καὶ Βίας ἐστὶν ἱερόν· ἐσιέναι δὲ ἐς αὐτὸ οὐ νομίζουσιν.

In Acrocorintho templum, in quod inire non licebat, Necessitati et Violentiæ ædificaverant Corinthii. Hæc numina, quorum alterum necessitatem naturæ, alterum omnium rerum potentiam summi dei significabat, nullo alio loco divino honore colebantur. Sæpissime Robur et Violentia coniungebantur et comites atque ministri Iovis habebantur [1].

[1] Hes. Th. v. 385 sq.; Aesch. Prom. v. 12. Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 140.

Fortuna.

Corinthi:

Paus. II 2, 8. ἔστι δὲ καὶ Τύχης ναός· ἄγαλμα ὀρθὸν Παρίου λίθου.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 573 (Nero) Bust of Tyche r., turreted; cfr 589 (Hadrianus). Mionnet II 175, 203 (Agrippina iunior) Fortune debout, avec ses attributs. Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 657 (Iulia Domna) Tyche turreted seated l. on rock, holding patera and cornucopiæ; cfr 658, 672. Cfr The Journal of hell. stud. VI 69.

(Teneæ) Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 57, 1 (Septimius Severus) Tyche l., turreted; holds patera and cornucopiæ; at her feet, altar. Cfr The Journal of hell. stud. VIII 54.

Sicyone:

Paus. II 7, 5. ἐν δὲ τῇ νῦν ἀκροπόλει Τύχης ἱερόν ἐστιν Ἀκραίας, μετὰ δὲ αὐτὸ Διοσκούρων· ξόανα δὲ οὗτοί τε καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς Τύχης ἐστί.

Paus. II 11, 8 (Titanæ). ἀνάκειται δὲ ἀγάλματα ἐν τῇ στοᾷ, Διονύσου καὶ Ἑκάτης, Ἀφροδίτη τε καὶ Μήτηρ θεῶν καὶ Τύχη· ταῦτα μὲν ξόανα· λίθου δὲ Ἀσκληπιὸς ἐπίκλησιν Γορτύνιος.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 56, 244 (Plautilla) Tyche l., turreted; holds patera and cornucopiæ. Cfr Mionnet, Suppl. IV 173, 1146 (Geta).

Phliunte:

Nummi: Head, Hist. num. p. 345 (Imperial) Tyche sacrificing.

Corinthi in foro Fortuna templum habebat, quod iuxta delubrum Diis universis consecratum exstructum erat. Quod ex litteris et nummis diiudicare liceat, cultus Fortunæ non admodum veteris originis apud Corinthios erat, quod dici potest etiam de cultu eius, quem apud Sicyonios et Phliasios institutum reperimus.

Sicyone in arce, quæ ab ætate Demetrii Poliorcetæ erat, templum Fortunæ nomine Ἀκραίᾳ dedicatum erat, quod cognomen nusquam alibi, quantum equidem cognitum habeo, Fortunæ inditum, ut a situ templi in primis deæ impositum est, ita fortasse etiam ad gloriam vetustatemque cultui addendam pertinebat; plerumque enim Iunonem, Minervam, Dianam, Venerem [1] hoc cognomine appellatas fuisse inter omnes constat. Utrum cultus necessitudo Sicyone deæ intercesserit cum Dioscuris, qui ipsi quoque templo in arce illa sito honorati erant, necne — alios deos ibi divino honore fruitos esse traditum non est — non est facile diiudicare, neque tamen veri simile videtur rem se ita habuisse.

Titanæ in templo Aesculapii una cum aliis numinibus signo honorata erat Fortuna.

[1] Hesych. v. Ἀκρία.

Victoria.

Corinthi:

Nummi: Cat. of greek coins in the Brith. Mus. No. 309 sq. (c:a 338—300 a. Chr. n.) Head of Pallas l. — — —; in field, Δ I; to r., Pallas standing l., holding Nike and spear; cfr 606 (M. Aurelius) Zeus wearing himation, seated l. on throne, holding Nike[1]. No. 501 (Augustus) Nike alighting on globe: she holds wreath and palm; 526 sq. (Tiberius) Nike advancing r., carrying palm in l.; 540 (Claudius) Nike facing, head l., holding wreath; cfr 579 (Galba), 639 sq. (Commodus), 675 (Plautilla). Mionnet II 168, 148 Victoire debout, tenant une palme; derrière, un dauphin dans une contre-marque; devant, ♀.

Sicyone:

Paus. II 11, 8 (Titanæ). τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς, Ἡρακλῆς καὶ Νῖκαι πρὸς τοῖς πέρασίν εἰσιν.

Nummi: Mionnet II 200, 380 (Caracalla) Victoire marchant de gauche à droite. Cfr Suppl. IV 169, 1125; 170, 1132.

Quod ad cultum Victoriæ attinet, liceat mihi tantum referre, quæ abhinc paucos annos de hac dea verissime, ut

[1] Cfr Preller-Robert, Gr. Myth. I 494 sq.

mea fert opinio, dicta sunt: Wenn ich hier Nike aufnehme, muss ich zugleich bemerken, dass Nike im Grunde nur eine Athena-Nike ist. Ein besonderer Kult der Nike lässt sich in Griechenland kaum nachweisen [1].

[1] Wide, Lak. Kult. p. 269; cfr Welcker, Gr. Götterl. III 110.

Suada.

Sicyone:

Paus. II 7, 7. ἐς δὲ τὴν ἀγορὰν ἐσελθοῦσι Πειθοῦς ἐστιν ἱερόν, οὐδὲ τοῦτο ἄγαλμα ἔχον. Πειθὼ δὲ ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε αὐτοῖς κατέστη σέβεσθαι. Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀποκτείναντες Πύθωνα παρεγένοντο ἐς τὴν Αἰγιάλειαν καθαρσίων ἕνεκα. γενομένου δέ σφισι δείματος ἔνθα καὶ νῦν Φόβον ὀνομάζουσι τὸ χωρίον, οἱ μὲν ἐς Κρήτην παρὰ Καρμάνορα ἀπετράποντο, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐν τῇ Αἰγιαλείᾳ νόσος ἐπέλαβε· καὶ σφᾶς ἐκέλευον οἱ μάντεις Ἀπόλλωνα ἱλάσασθαι καὶ Ἄρτεμιν. οἱ δὲ παῖδας ἑπτὰ καὶ ἴσας παρθένους ἐπὶ τὸν Σύθαν ποταμὸν ἀποστέλλουσιν ἱκετεύοντας· ὑπὸ τούτων δὲ πεισθέντας τοὺς θεοὺς φασιν ἐς τὴν τότε ἀκρόπολιν ἐλθεῖν, καὶ ὁ τόπος ἔνθα πρῶτον ἀφίκοντο Πειθοῦς ἐστιν ἱερόν. τούτοις δὲ ἐοικότα καὶ νῦν ἔτι ποιεῖται· καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν Σύθαν ἴασιν οἱ παῖδες τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ ἀγαγόντες δὴ τοὺς θεοὺς ἐς τὸ τῆς Πειθοῦς ἱερὸν αὖθις ἀπάγειν ἐς τὸν ναόν φασι τοῦ Ἀπόλλωνος.

Hæc verba Pausaniæ diligenter, qui considerant, mihi videntur negare non posse Suadam, persuadendi deam[1], Sicyone re vera cultam esse, eidemque cultus necessitudinem cum Diana et Apolline intercessisse. Itaque Welcker minus recte negat[2]

[1] Quint. Inst. or. X 1, 82.

[2] Gr. Götterl. III 205: "Sonst finden wir von einem Cult dieser Peitho keine Spur. Denn ein Hieron der Peitho in Sikyon war vielmehr

Pausaniam, quem credit hoc loco (II 7, 7) ad supplicationem tantum ob pestem depulsam Apollini Dianæque decretam spectasse, indicare voluisse Suadam cultum apud Sicyonios habuisse. Haud multis locis cultus Suadæ reperitur, sed nonnullis in civitatibus sacraria[1] sacerdotesque[2] habebat hæc dea et sæpenumero cum Venere[3] coniuncta erat — Sappho eam filiam[4] vocat Veneris — nonnumquam autem cum aliis diis, Fortuna[5], Diis coniugalibus[6], Diana[7] cultus necessitudo ei intercedebat.

ein Denkmal der Erhörung dass Apollon und Artemis sich von einer Schaar von sieben Jünglingen und sieben Jungfrauen am Flusse Sythas hatten überreden lassen eine Seuche abzuwenden."

[1] Bull. de corr. hell. VI 443; S. Reinach, Chroniques d'Orient p. 77 n. 2.

[2] Bull. de corr. hell. V 39.

[3] O. Jahn, Peitho, die Göttin der Ueberredung p. 8 sq. Suadam apud Corinthios cultam esse certis argumentis comprobare non possum, sed veri simillimum esse eam ibi una cum Venere divino honore fruitam esse hæc verba Pindari fr. 87 (= fr. 122 Bergk[4]) ostendunt:

Πολύξεναι νεάνιδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ,
αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρη
θυμιᾶτε, πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν πτάμεναι
νόημα ποτὰν Ἀφροδίταν.

[4] Fr. 135 Bergk[4].

[5] Alcman fr. 62 Bergk[4].

[6] Plut. Quæst. Rom. 2 p. 264 B.

[7] Paus. II 21, 1.

Isis. Sarapis.

Corinthi:

Paus. II 4, 6. ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον, ἡ δέ ἐστιν ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφή, Βριάρεω μὲν Ἡλίῳ δόντος αὐτήν, ὅτε ἐδίκαζεν, Ἡλίου δέ, ὡς οἱ Κορίνθιοί φασιν, Ἀφροδίτῃ παρέντος, ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσίν ἐστιν Ἴσιδος τεμένη, ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν[1] τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν, καὶ δύο Σαράπιδος, ἐν Κανώβῳ καλουμένου τὸ ἕτερον.

Paus. II 2, 3 (Cenchreis). κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἴσιδος ἱερά.

Nummi: Mionnet II 179, 226 (Plotina). Isis Pharia, tenant une voile enflée par les vents. Cfr Suppl. IV 88, 592 (Antoninus Pius), Head, Hist. num. p. 340, The Journal of hell. stud. VI 66 (Plotina, L. Verus). Mionnet, Suppl. IV 81, 546 (Hadrianus). Isis debout, tenant de la main droite un sistre, et de la gauche un vase. Cfr The Journal of hell. stud. VI 74.

---

[1] Cfr Villoison in Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XLVII, Mém. de littérat. p. 306 (= C. I. G. 2174):

ΟΚΤΑΥΙΑ ΜΑΡΚΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ
ΕΙΣΙΔΙ ΠΕΛΑΓΙΑ
ΕΥΑΚΟΩ.

Εἴσιδι est ici pour Ἴσιδι. J'en trouvai une de même dans la cour d'une maison à Corinthe.

Sicyone:

Nummi: The Journal of hell. stud. VIII 54 (Geta) Isis to left; holds sistrum and vase. Mionnet, Suppl. IV 171, 1137 (Plautilla) Sérapis assis, présentant de la main droite quelque chose à Cerbère qui est debout à ses pieds, et tenant la haste de la g. Cfr The Journal of hell. stud. VI 80.

Phliunte:

Paus. II 13, 7. ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀμφαλοῦ προελθοῦσι Διονύσου σφίσιν ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος. καὶ ἄλλο Ἴσιδος. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα τοῦ Διονύσου δῆλον πᾶσιν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος· τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος τοῖς ἱερεῦσι θεάσασθαι μόνον ἔστι.

Isis et Sarapis nobis occurrunt numina, quorum de externa origine ambigi non potest. Etenim inter omnes constat cultum Isidis et Sarapidis quarto ante Christum natum sæculo, cum commercium frequentius cum Aegyptiis habere coepissent Græci, in urbibus Græciæ mercatura florentissimis conditum esse.

Quod ad hos cultus Corinthi institutos attinet, credo eos sic ortos esse, ut primo permitteretur advenis, quibus mos erat Isin et Sarapin colere, cultus suos in novo domicilio celebrare[1]. Sic intelligenda est Isis Αἰγυπτία, sic Sarapis ἐν Κανώβῳ, quorum delubra in Acrocorintho posita erant. Postea, cum magis in dies externa origo cultuum in oblivionem adduceretur, indigenæ quoque numina externa colere incipiebant, et tum inter complures Isidis facultates delectu habito, ut hac dea exemplo utar, Isis Πελαγία inter deas marinas coli coepta est; ea quoque Isis in Acrocorintho

[1] Cfr quæ de cultu Isidis Athenis condito in Dittenb. Syll. inscr. No. 355 p. 494 sunt.

cultum habebat. Postremo Isis in numero dearum Græcarum habita etiam in partibus interioribus Græciæ, verbi gratia Phliunte, divino honore frui coepit.

In Acrocorintho Isis, ut iam monui, Πελαγία et Αἰγυπτία cognominata duo delubra habebat; Cenchreis quoque in ipsa mole portus templum Isidi consecratum haud procul a templo Aesculapii positum erat. Non ita raro Isis et Sarapis et Aesculapius in cultu coniuncti reperiuntur; velut Aegiræ, in oppido Achaiæ [1], simulacra Aesculapii, Isidis, Sarapidis una in templo Apollinis posita erant, et nummus Pagis excusus [2] signa Aesculapii et Isidis præbet [3]. Cultum Isidis Sicyone quoque notum fuisse nummi ostendunt. Phliunte templum habebat Isis, in quo teste Pausania inerat signum deæ, quod sacerdotibus solis videre fas esset; quæ res mysteriorum in modum sacra Isidis ibi perpetrata esse ostendit [4].

Sarapis quoque duo delubra in Acrocorintho habebat; in altero eorum nomine ἐν Κανώβῳ colebatur, ut iam supra monui.

Nummi ætate Caracallæ excusi cultus honore fruitum esse Sarapin apud Sicyonios ostendunt; qui cultus eo memorabilis est, quod rationem Sarapidi cum diis inferis [5] Sicyone intercessisse docet.

---

[1] Paus. VII 26, 7.

[2] The Journal of hell. stud. VIII 50.

[3] De hoc commercio numinum conferas velim ea, quæ Drexler in Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Myth. II 531 sq. attulit.

[4] Mysteria Cenchreis (Corinthi) quoque partem fuisse rei divinæ, quæ in honorem Isidis fiebat, Apuleius docet (Cfr Schoemann, Gr. Alterth. II^2 408). Cfr sacra Isidis Tithoreæ celebrata, Paus. X 32, 13 sq.

[5] Cfr Plut. De Is. et Os. 27 p. 361 F.

Medea (et liberi eius).

Corinthi:

Paus. II 3, 6. ὑπὲρ ταύτην πεποίηται τὴν κρήνην καὶ τὸ καλούμενον Ὠιδεῖον. παρὰ δὲ αὐτὸ μνῆμά ἐστι τοῖς Μηδείας παισίν· [ὧν] ὀνόματα μέν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης, καταλιθωθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίων λέγονται τῶν δώρων ἕνεκα ὧν τῇ Γλαύκῃ κομίσαι φασὶν αὐτούς· ἅτε δὲ τοῦ θανάτου βιαίου καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ γενομένου, τὰ τέκνα Κορινθίων τὰ νήπια ὑπ' αὐτῶν ἐφθείρετο, πρὶν ἢ χρήσαντος τοῦ θεοῦ θυσίαι τε αὐτοῖς ἐπέτειοι κατέστησαν καὶ Δεῖμα ἐπεστάθη. τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται κτλ.

Schol. Eur. Med. v. 10. ὅτι δὲ καὶ ἀθάνατος ἦν ἡ Μήδεια Μουσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων ἱστορεῖ ἅμα καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀκραίας Ἥρας ἑορτῶν ἐκτιθείς.

Schol. Pind. Ol. XIII v. 74. Μηδείας μέμνηται, ὅτι ἐν Κορίνθῳ κατῴκει καὶ ἔπαυσε Κορινθίους λιμῷ κατεχομένους θύσασα Δήμητρι καὶ νύμφαις Λημνίαις. ἐκεῖ δὲ αὐτῆς ὁ Ζεὺς ἠράσθη, οὐκ ἐπείθετο δὲ ἡ Μήδεια τὸν τῆς Ἥρας ἐκκλίνουσα χόλον· διὸ καὶ ἡ Ἥρα ὑπέσχετο αὐτῇ ἀθανάτους ποιῆσαι τοὺς παῖδας. ἀποθανόντας δὲ τούτους τιμῶσι Κορίνθιοι καλοῦντες μιξοβαρβάρους. Cfr Philostr. Her. XX 24 (II p. 207 Kayser); Diod. Sic. IV 55.

Medeam, quam, quod litteris exstet, ad unum fere omnes veneficam in primis duxerunt, in numero dearum principio apud nonnullas gentes habitam esse constat[1]; Corinthios quoque hunc cultum celebrasse mihi in animo est ostendere.

[1] Athenagor. Legat. pro Christ. 14. Ἀλκμὰν καὶ Ἡσίοδος Μήδειαν· καὶ Νιόβην Κίλικες (sc. ἵδρυνται θεούς).

Quando aut qua de causa Corinthii Medeam venerari inceperint aut quomodo vim divinam eius finxerint, nunc non satis apparet. Namque id solum traditum est Medeam famem a Corinthiis piaculis Cereri et nymphis Lemniis factis averruncasse eandemque Corinthi blanditiis Iovis Iunonem veritam restitisse, ob eamque rem cultum filiorum duorum — nam tot habuisse eam principio creditum est — apud Corinthios impulsu Iunonis constitutum esse. Ex quibus concludere possumus exstitisse apud Corinthios famam, qua proditum erat Medeam ritibus sacris institutis auxilium urbi tulisse et eandem intimam rationem habuisse cum Iunone; quæ omnia in primis collatis iis, quæ tradit scholiastes Euripidis, indicio esse mihi videntur Medeam numero dearum habitam esse Corinthi.

Medea ad antiquissima tempora dea referenda est, et omnia fere, quæ ad cultum eius Corinthium pertinebant, aut oblivione obruta aut a poetis epicis et tragicis, in primis ab Euripide, mutata sunt, ut post eos vix quisquam divinæ originis eius meminerit[1]; venefica illa tum facta est, quæ a nullo scelere abhorrens suos ipsius liberos interfecisset. Si igitur maxima ex parte ratiocinatione statuimusMedeam Corinthi cultam fuisse, unum tamen est, quod hanc coniecturam veri simillimam faciat. Nam si diligentius consideramus

---

[1] Ad antiquum quendam cultum spectare videtur Hesychius his verbis: Ἀνεμοκοῖται· οἱ ἀνέμους κοιμίζοντες. γένος δὲ τοιοῦτόν φασιν ὑπάρχειν ἐν Κορίνθῳ, quæ verba, ut per se nihil attinent ad cultum Medeæ, ita aliam sane vim accipiunt, si conferuntur cum iis, quæ apud Pausaniam scripta sunt de ritu sollemni, quem Titanæ colebat sacerdos ventorum. Narrat enim Pausanias (II 12, 1) illum carmina quædam magica ad tempestates ventorum sedandas in honorem Medeæ cecinisse; ac mea quidem opinione dubitari non potest, quin vinculum societatis fuerit inter ea, quæ in sævitia ventorum placanda sacerdos Titaniensis faciebat, et partes, quas agebant ἀνεμοκοῖται illi apud Corinthios, et sicut ab illo incantamenta in honorem Medeæ adhibita erant, ita veri simillimum est hos quoque cum Medea cohæsisse. Itaque Hesychius verbis suis vim divinam quandam pristinis temporibus Medeæ apud Corinthios confinesque eorum additam esse aperit. Cfr Εὐδάνεμος apud Athenienses cultus. Arr. An. III 16, 8; I. Toepffer, Att. Genealog. p. 111 sq.

verba Apollonii Rhodii [1] κεῖνο καὶ εἰσέτι νῦν ἱερὸν κλῄζεται ἄντρον Μηδείης, facere non possumus, quin credamus poetam hic de templo vel loco Medeæ sacro loqui; quæ coniectura probabilior etiam fit collatis verbis scholiastæ [2] κεῖνο: τὸ Μάκριδος, ὃ νῦν ἱερὸν Μηδείας καλεῖται. Concedendum est hic de insula Corcyra agi, sed hæc colonia erat Corinthi perantiqua, quæ iam mature [3] a matre discessit ob eamque ipsam rem mores atque instituta in colonia deducenda allata longius fortasse quam Corinthus ipsa incorrupta servabat nulla ratione habita eorum, quæ post discessum poetæ de hac re Corinthi fabulabantur.

Ad naturam veram Medeæ percipiendam [4] nihil aptius videtur quam reminisci, cum quibus diis sæpissime coniuncta sit.

Quam arte cum Iunone, quæ nominata erat Ἀκραία, cohæserit Medea, iam supra monui [5].

Uno ore omnes cum Sole Medeam ita coniunxerunt, ut eius neptis esse crederetur; eiusque opera adiuta Corintho post pueros sepultos vel necatos effugit. Quæ societas ansam aptissimam præbuit poetis ad explicandum, quænam causa esset, cur Medeam Corinthi regnantem fingerent.

Etiam cum Achille Medeam ita coniunctam reperimus, ut post mortem coniunx eius esset in campis Elysiis [6].

---

[1] IV v. 1153.

[2] Schol. Ap. Rh. IV v. 1153.

[3] E. Meyer, Gesch. d. Alterth. II p. 623.

[4] Cfr etiam Macrob. Sat. I 12, 16 sq. in primis 26.

[5] Eumelus fr. 2 Kinkel

Ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου τε καὶ Ἀντιόπης, τότε δ' ἄνδιχα χώρην
Δάσσατο παισὶν ἑοῖς Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός·
Ἣν μὲν ἔχ' Ἀσωπός, ταύτην πόρε δίῳ Ἀλωεῖ·
Ἣν δ' Ἐφύρη κτεάτισσ', Αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν·
Αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν.
Εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτ' ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος
Ἦ παῖς ἢ υἱωνός· ὁ δ' ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν.

Schol. Pind. Ol. XIII v. 74. Cfr Paus. II 3, 10.

[6] Schol. Ap. Rh. IV 814 ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι συμπαθήσαντες οἱ θεοὶ τῇ Θέτιδι ἀπηθανάτισαν αὐτόν (τὸν Ἀχιλλέα). ὅτι δὲ Ἀχιλλεὺς εἰς τὸ

Intimam necessitudinem cum Hecata habebat Medea sic, ut filia[1] vel cultus eius conditrix[2] crederetur. Quæ duo societatis vincula orta esse tempore, quo deæ Medeæ iam maxima ex parte obliti essent homines, perspicuum est[3].

Ex omnibus, quæ supra attuli, apparet ne antiquissimos quidem scriptores certa de dea Medea comperta habuisse; tamen nonnulla obscuriora ab antiquissimis temporibus apud Corinthios tradita fuisse de dea, cui nomen erat Medea, mihi veri simillimum videtur, quæ ut ad ea, quæ aliis locis, in primis Iolci, prodita erant, quadrarent, poetæ interpretesque summa ope nixi sunt. Minime quidem credo sicut Groeger[4] Medeam per Eumelum primum "civitatem apud Corinthios accepisse", quam sententiam Bethe[5] Wilischium[6] et E. Curtium[7] auctores laudans, nuper amplexus est. Hoc eo minus facio, quod neque Wilisch, ut mea fert opinio, argumenta firma ad suam comprobandam opinionem allata habet, et Curtius loco laudato hoc tantum[8] dicit poetas Corinthios circa DCCC a. Chr. nat. res gestas Argonautarum fabulis Isthmiis inseruisse.

Πλόστιον πεδίον παραγενόμενος ἔγημε Μήδειαν πρῶτος Ἴβυκος εἴρηκε, μεθ' ὃν Σιμωνίδης. Cfr Tzetz. Schol. Lycophr. Alex. v. 174, 175.

[1] Diod. Sic. IV 45.

[2] Schol. Ap. Rh. IV v. 247.

[3] In arca Cypseli Olympiæ in templo Iunonis servata inerant imagines Iunonis et Medeæ, cuius a sinistra adstabat Venus; inscripta erant hæc verba (Paus. V 18, 3)

Μήδειαν Ἰάσων γαμέει, κέλεται δ' Ἀφροδίτα.

Aderant etiam Musæ et Apollo. Eo quoque modo apud Corinthios cum Venere coniungebatur Medea, ut templum eius deæ condidisse crederetur. Plut. De Herod. malign. 39 p. 871 A.

[4] De Argonauticarum fabularum historia quæst. select. p. 31 sq.

[5] Thebanische Heldenlieder p. 179.

[6] Ueber die Fragmente d. Epikers Eumelos p. 19. Cfr p. 21 sq.

[7] Hermes X 217.

[8] (l. l.). "Die Argonautersage war durch Korinthische Dichter am Isthmus eingebürgert und wie Korkyra gegründet wurde, zogen Iason und Medea mit hinüber".

Epopeus.

Sicyone:

Paus. II 11, 1. ἐντεῦθεν δὲ ἀποτραπεῖσιν ἐπὶ πύλην καλουμένην Ἱεράν, οὐ πόρρω τῆς πύλης ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς, ὃν Ἐπωπεύς ποτε ἀνέθηκε μεγέθει καὶ κόσμῳ τοὺς τότε ὑπερβεβλημένον. ἔδει δὲ ἄρα χρόνῳ καὶ τοῦδε ἀφανισθῆναι τὴν μνήμην· κεραυνοῖς θεὸς αὐτὸν *** βωμὸς δὲ ἐκεῖνος. οὐ γάρ τι ἐς αὐτὸν κατέσκηψε, μένει καὶ ἐς τόδε οἷον Ἐπωπεὺς ἐποίησε. πρὸ τοῦ βωμοῦ δὲ αὐτῷ μνῆμα Ἐπωπεῖ κέχωσται κτλ. Cfr c. 6, 3.

Epopeum, templorum conditorem illum cultoremque Minervæ, quem in fabulis cum Antiopa artissime cohæsisse nemo ignorat, cultum Sicyone habuisse aperte traditum non est, sed auctor est Pausanias μνῆμα eius Sicyone in vetere arce ante templum Minervæ situm fuisse. Manifestum igitur esse mihi videtur Epopeum Sicyone talem habuisse rationem cum Minerva qualem Celeis apud Phliasios[1] cum Cerere Arantem liberosque eius vel Lacedæmone[2] Tyndareum cum Iove. Summa igitur necessitudo Epopeo cum Minerva, dea πολιούχῳ veteris Sicyonis, intercedebat. Itaque credibile est fuisse tempus, quo Sicyone Epopeus quoque deus πολιοῦχος haberetur[3], quam coniecturam etiam

[1] Paus. II 12, 5.

[2] Paus. III 17, 4. Cfr Wide, Lak. Kult. p. 10 sq.

[3] Gerhard (Gr. Myth. § 830, alibi) et Preller (Cfr Wilisch in Rosch. Lex. d. Myth. I 1291) sibi persuaserunt Epopeum deum lucis, "eine an-

nomen ipsum tuetur; illud quoque commemorandum est Epopeum recentiore ætate Διὸς σύλλεκτρον habitum esse [1].

dere Form des Helios", fuisse. Quod ut crederent, ea re fortasse adducti sunt, quod secundum fabulas Corinthias Epopeus proxima cognatione cum Sole cohærebat (Eumel. fr. 2 Kinkel; Diophantus in schol. Ap. Rh. III v. 212). Sed cum de cultu agitur, fabulæ non per se tanti æstimandæ sunt, neque quidquam de cultu Epopei apud Corinthios instituto traditum habemus.

[1] Asius fr. 1 Kinkel.

Adrastus.

Sicyone:

Herod. V 67. Κλεισθένης γὰρ Ἀργείοισι πολεμήσας τοῦτο μὲν ῥαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι τῶν Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα, ὅτι Ἀργεῖοί τε καὶ Ἄργος τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται· τοῦτο δέ, ἡρώιον γὰρ ἦν καὶ ἔστι ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορᾷ τῶν Σικυωνίων Ἀδρήστου τοῦ Ταλαοῦ, τοῦτον ἐπέθυμησε ὁ Κλεισθένης ἐόντα Ἀργεῖον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρης. ἐλθὼν δὲ ἐς Δελφοὺς ἐχρηστηριάζετο εἰ ἐκβάλοι τὸν Ἄδρηστον· ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ φᾶσα Ἄδρηστον μὲν εἶναι Σικυωνίων βασιλέα, ἐκεῖνον δὲ λευστῆρα. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς τοῦτό γε οὐ παρεδίδου, ἀπελθὼν ὀπίσω ἐφρόντιζε μηχανὴν τῇ αὐτὸς ὁ Ἄδρηστος ἀπαλλάξεται. ὡς δέ οἱ ἐξευρῆσθαι ἐδόκεε, πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας ἔφη θέλειν ἐπαγαγέσθαι Μελάνιππον τὸν Ἀστακοῦ· οἱ δὲ Θηβαῖοι ἔδοσαν. ἐπαγαγόμενος δὲ ὁ Κλεισθένης τὸν Μελάνιππον τέμενός οἱ ἀπέδεξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηίῳ καί μιν ἵδρυσε ἐνθαῦτα ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ. ἐπηγάγετο δὲ τὸν Μελάνιππον ὁ Κλεισθένης (καὶ γὰρ τοῦτο δεῖ ἀπηγήσασθαι) ὡς ἔχθιστον ἐόντα Ἀδρήστῳ, ὃς τόν τε ἀδελφεόν οἱ Μηκιστέα ἀπεκτόνεε καὶ τὸν γαμβρὸν Τυδέα. ἐπείτε δέ οἱ τὸ τέμενος ἀπέδεξε, θυσίας τε καὶ ὁρτὰς Ἀδρήστου ἀπελόμενος ἔδωκε τῷ Μελανίππῳ. οἱ δὲ Σικυώνιοι ἐώθεσαν μεγαλωστὶ κάρτα τιμᾶν τὸν Ἄδρηστον· ἡ γὰρ χώρη ἦν αὕτη Πολύβου, ὁ δὲ Ἄδρηστος ἦν Πολύβου θυγατριδέος, ἄπαις δὲ Πόλυβος τελευτῶν διδοῖ Ἀδρήστῳ τὴν ἀρχήν. τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα αὐτοῦ

τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον, τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμῶντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χοροὺς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε, τὴν δὲ ἄλλην θυσίην Μελανίππῳ.

Sicyone in vetere foro antiquioribus temporibus delubrum Adrasto consecratum, regi illi Sicyoniorum et deorum templorum conditori, situm erat. Herodotus, qui de cultu eius Sicyone celebrato, et qualis fuerit et quando ac qua de causa sublatus sit, satis copiose disserit — Pausanias cultum Sicyonium Adrasti silentio præterit, cuius rei causa, ni fallor, ea erat, quod Demetrius in urbe Sicyoniorum in altiorem locum transferenda heroum eius simul cum ceteris templis eodem loco sitis deleverat [1] — nos certiores facit usque ad ætatem Clisthenis moris fuisse Sicyoniorum, ut Bacchum non venerarentur, Adrastum autem τὰ πάθεα eius choris tragicis celebrantes et sollemnibus et sacrificiis religiosissime colerent; idemque auctor est Clisthenem odio Argivorum ardentem ob eamque rem cultum Adrasti tollere cupientem choros tragicos Baccho tradidisse, reliquum autem honorem, quem Adrasto haberi apud Sicyonios antea fas fuisset, Melanippo ex Boeotia arcessito tribuisse, quem, utpote qui complures proxima cognatione cum Adrasto coniunctos occidisset, illi maxime invisum esse crederet. Iis omissis, quæ de rege certo et tempore, quo coli desitus sit Adrastus, apud Herodotum scripta inveniuntur, ex verbis eius apparet Adrastum et Bacchum numquam simul apud Sicyonios cultos esse, sed contra tempore, quo vigebat cultus illius, hunc honoris cultus participem non fuisse; atque aperte ostendunt verba Herodoti Adrastum eodem modo (τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον) honoratum esse ac postea Bacchum. Quæ cum ita sint, apparere mihi videtur Adrastum et Bacchum vi et natura diversos non fuisse, quam sententiam complures [2] iam antea amplexos esse video; eodem igitur modo, ut

[1] Cfr E. Curtius, Peloponnesos II 486.

[2] Cfr J. C. F. Bachr, Herodoti Halic. Mus. III^2 806 sq.; Welcker, Gr. Götterl. I 448; Hartung, Die Rel. u. Mythol. d. Griechen III 116; Stoll in Rosch. Lex. d. Myth. I 78 sq.

meus fert sensus, ac Medea cum Iunone. Κάρνειος cum Apolline, tot alii dii vetustioris generis cum aliis dis recentioris ætatis Adrastus cum Baccho cohærebat.

Etiam aliæ similitudines Adrasto cum Baccho intercedebant. Auctor enim est Ampelius[1] in templo Apollinis Sicyone in foro sito cum alias res memorabiles tum arcam Adrasti servatam esse; quæ arca, quamquam per se minoris momenti erat, ipsa quoque documento est, quam multa Adrasto cum Baccho in cultu communia fuerint. Etenim inter omnes constat, quanti momenti λάρναχες in Baccho colendo fuerint[2].

Cultus Adrasti late pervagatus fuisse non videtur; neque tamen finibus Sicyoniorum circumscriptus erat: Argis statua eius[3] una cum signo filii posita erat, et domus eius iuxta ædem Bacchi demonstrabatur, quæ res item indicio est Argis quoque societatis vinculum Adrasto cum Baccho intercessisse; etiam Delphis signum Adrasti dedicaverant Argivi[4]. Megaris, ubi diem supremum obisse ferebatur Adrastus, honore cultus fruebatur[5]; Pagis filius eius heroum habebat[6]; Athenis in Κολωνῷ ἱππίῳ heroum habebat Adrastus[7].

[1] Lib. mem. 8.

[2] Ne alia nominem, in comparationem vocare licet Bacchum Αἰσυμνήτην Patris cultum (Paus. VII 20, 1). Cfr etiam Wide, Lak. Kult. p. 163 sq.

[3] Paus. II 20, 5.

[4] Paus. X 10, 3.

[5] Paus. I 43, 1.

[6] Paus. I 44, 4.

[7] Paus. I 30, 4.

Asopus.

Sicyone:

Ael. Var. hist. II 33. τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν· ὅμως δὲ οἱ τιμῶντες αὐτοὺς καὶ τά ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι οἱ μὲν ἀνθρωπομόρφους αὐτοὺς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. βουσὶ μὲν οὖν εἰκάζουσιν οἱ Στυμφάλιοι μὲν τὸν Ἐρασῖνον καὶ τὸν Μετώπην, Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸν Εὐρώταν, Σικυώνιοι δὲ καὶ Φλιάσιοι τὸν Ἀσωπόν κτλ.

Phliunte:

Ael. Var. hist. vide supra.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Peloponnesus 33, 1 (Before B. C. 431) ΦΛΕΙΑ Bull. l., walking, head lowered (Asopus); No. 2 sq. Same inscr. Bull. r., butting, on line of dots (Asopus); 6 sq. (431—370), 18 sq. (370—280). Cfr The Journal of hell. stud. VI 80.

Asopum ad similitudinem tauri effictum honore cultus Sicyone et Phliunte fruitum esse Aelianus docet, neque quisquam est, qui ignoret, quantum illi flumini filiisque eius tribuerint fabulæ Sicyoniæ et Phliasiæ [1]. Verba Aeliani, quæ

[1] Cfr Paus. II 3, 10; 1, 1; 5, 2; Wilisch in Rosch. Lex. d. griech. u. röm. Myth. I 642 sq.

supra allata sunt, etiam ob eam rem magni momenti sunt, quod lumen afferunt ad cognoscendum, quid sibi voluerit signum tauri, quod sæpenumero in nummis Phliasiis invenitur: verba illa recordanti dubium non esse mihi videtur, quin taurus ille intelligendus sit Asopus [1]. Etiam signa Asopi filiarumque eius, quæ, ut auctor est Pausanias, Phliasii Olympiæ una cum simulacro Iovis dedicaverant [2], Asopum ex opinione Phliasiorum plurimum valuisse indicio sunt.

[1] Sunt qui dubitent, utrum taurus ille signum Bacchi an dei fluminis fuerit. Imhoof-Blumner et Gardner The Journal of hell. stud. VI 80 sq. et Head, Hist. num. p. 344.

[2] V 22, 6.

Aras liberique eius. Dysaules.

Phliunte:

Paus. II 12, 4 (Celeis). τὸ δὲ μνῆμα τοῦ Ἄραντός ἐστιν ἐν χωρίῳ Κελεαῖς, ἔνθα δὴ καὶ Δυσαύλην ἄνδρα Ἐλευσίνιον τεθάφθαι λέγουσιν. Ἄραντος δὲ υἱὸς Ἄορις καὶ θυγάτηρ ἐγένετο Ἀραιθυρέα. — τάφους δὲ τῶν Ἄραντος παίδων οὐχ ἑτέρωθι ἡγοῦμαι τῆς χώρας, ἐπὶ τῷ λόφῳ δὲ εἶναι τῷ Ἀραντίνῳ· καί σφισιν ἐπίθημα στῆλαι περιφερεῖς εἰσι, καὶ πρὸ τῆς τελετῆς, ἣν τῇ Δήμητρι ἄγουσιν, Ἄραντα καὶ τοὺς παῖδας καλοῦσιν ἐπὶ τὰς σπονδάς, ἐς ταὐτα βλέποντες τὰ μνήματα.

Paus. II 14, 4. Δυσαύλου τέ ἐστιν ἐνταῦθα. ὡς εἴρηταί μοι, μνῆμα κτλ.

Iam supra monui Phliasios in sacrificando Cereri etiam Arantem liberosque eius veneratos esse. Auctor enim est Pausanias morem apud eos fuisse, ut rem divinam Cereri Celeis facientes in sepulcra illorum, quæ ibi sita erant, converterentur eosque ad libamenta vocarent. Veri simile igitur est Arantem et liberos eius deos vel heroas indigenas fuisse Celeis, quorum cultus Cerere prævalente ita maneret, ut iis ante sollemnia eius deæ perpetranda sacrificaretur. In comparationem igitur vocari posse mihi videtur necessitudo, quæ in Dædalis, quæ vocabantur, celebrandis[1] Latonæ

[1] Plut. ap. Euseb. Præp. ev. III 84 Migne.

cum Iunone intercedebat: illa quoque ante sollemnia ea, quae in honorem huius deae, æmulae eius, agebantur, προτελείοις θυσίαις honorabatur, cuius rei causa ea nimirum erat, quod Latona et Iuno ab initio similibus muneribus functæ erant.

Dysaules ipse quoque Celeis μνῆμα suum habebat; temporibus Pausaniæ pari et æquo iure pæne usus esse videtur atque Aras et liberi eius, præterquam quod advena et recentioris originis habebatur.

Aratus.

Sicyone:

Plut. Arat. 53. κομισθείσης δὲ τῆς μαντείας οἵ τε Ἀχαιοὶ σύμπαντες ἥσθησαν. καὶ διαφερόντως οἱ Σικυώνιοι μεταβαλόντες εἰς ἑορτὴν τὸ πένθος εὐθὺς ἐκ τοῦ Αἰγίου τὸν νεκρὸν ἐστεφανωμένοι καὶ λευχειμονοῦντες ὑπὸ παιάνων καὶ χορῶν εἰς τὴν πόλιν ἀνῆγον, καὶ τόπον ἐξελόμενοι περίοπτον[1] ὥσπερ οἰκιστὴν καὶ σωτῆρα τῆς πόλεως ἐκήδευσαν. καὶ καλεῖται μέχρι νῦν Ἀράτειον, καὶ θύουσιν αὐτῷ θυσίαν. τὴν μέν, ἢ τὴν πόλιν ἀπήλλαξε τῆς τυραννίδος ἡμέρᾳ πέμπτῃ Δαισίου μηνός, ὃν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ἀνθεστηριῶνα, καὶ τὴν θυσίαν ἐκείνην Σωτήρια προσαγορεύουσι, τὴν δὲ τοῦ μηνὸς ἐν ᾗ γενέσθαι τὸν ἄνδρα διαμνημονεύουσι. Τῆς μὲν οὖν προτέρας τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος κατήρχετο θυηπόλος. τῆς δὲ δευτέρας ὁ τοῦ Ἀράτου, στρόφιον οὐχ ὁλόλευκον, ἀλλὰ μεσοπόρφυρον ἔχων, μέλη δὲ ᾖδετο πρὸς κιθάραν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, καὶ συνεπόμπευεν ὁ γυμνασίαρχος ἡγούμενος τῶν τε παίδων καὶ τῶν ἐφήβων. εἶτα ἐφείπετο ἡ βουλὴ στεφανηφοροῦσα καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὁ βουλόμενος. Ὧν ἔτι δείγματα μικρὰ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξοσιούμενοι διαφυλάττουσιν· αἱ δὲ πλεῖσται τῶν τιμῶν ὑπὸ χρόνου καὶ πραγμάτων ἄλλων ἐκλελοίπασιν. Cfr Polyb. VIII 14.

Paus. II 7, 5. τοῦ θεάτρου δὲ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ᾠκοδομημένου τὸν ἐν τῇ σκηνῇ πεποιημένον ἄνδρα ἀσπίδα ἔχοντα Ἄρατόν φασιν εἶναι τοῦ Κλεινίου.

[1] Cfr Paus. II 8, 1 sq.; 9, 4.

Aratum, virum illum rei publicæ gerendæ peritissimum, quem ab Aesculapio ortum esse fama ferebat[1], post mortem divino honore fruitum esse, nemo est qui ignoret. Nec infimum locum inter sacra Sicyoniorum obtinebat cultus Arati tempore, quo ampliorem in modum coli nondum desitus erat. Auctor enim est Plutarchus duo sollemnia in honorem eius Sicyone celebrata esse, unum, cui nomen esset Σωτήρια, ductu sacerdotis Iovis Σωτηρίου die, quo ab Arato liberata esset patria, alterum, cui sacerdos peculiaris praeesset, die natali Arati pueris, adolescentibus, magistratibus, aliis, quibus voluntas esset, participibus. Publice igitur et summa celebritate rem divinam in memoriam liberatoris patriæ perpetrabant Sicyonii; sed iam ætate Plutarchi plurima, quæ antea in hoc cultu celebrando observari fas fuerat, ὑπὸ χρόνου καὶ ἄλλων πραγμάτων obsoleta erant, et Pausanias, qui heroum Arati et statuam eius in theatro positam commemorat, de sacrificiis statis Arati mentionem non facit.

Etiam Olympiæ statua honoratus erat Aratus[2].

[1] Paus. II 10, 3.

[2] Paus. VI 12, 5.

Isthmus. Lechæum. Cenchreæ. Genius coloniæ.

Corinthi:

Philostr. mai. im. II 16 (II p. 363 Kayser[1]). ὁ δὲ Ἰσθμός, ὦ παῖ, γέγραπται μὲν ἐν εἴδει δαίμονος ἐνυπτιάζων ἑαυτὸν τῇ γῇ, τέτακται δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως Αἰγαίου καὶ Ἀδρίου μέσος κεῖσθαι καθάπερ ἐπεζευγμένος τοῖς πελάγεσιν. ἔστι δὲ αὐτῷ μειράκιον μὲν ἐν δεξιᾷ, Λέχαιόν τοι, κόραι δὲ ἐν ἀριστερᾷ· Θάλατται δὲ αὗται καλαὶ καὶ ἱκανῶς εὔδιοι τῇ τὸν Ἰσθμὸν ἀποφαινούσῃ γῇ παρακάθηνται.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 584 (Domitianus) Isthmos naked, standing facing, head l., holding a rudder in each hand; 590 (Hadrianus) Isthmos bearded, naked to waist, seated l. on rock, holding inverted rudder; 612 (M. Aurelius) Garlanded altar of Melikertes under a pine-tree; upon it lies a dolphin, on the back of which rests Melikertes: before the altar Isthmos stands naked l., holding rudder and touching with r. a branch of the tree; cfr 646 (Sept. Severus), 682 (Imperial times, without names of Emperor), The Journal of hell. stud. VI 63, VIII 50.

Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 595 (Hadrianus) The two harbours Lechæum and Cenchreæ as nymphs, standing facing, each with arm round the other's shoulders, and each holding rudder.

[1] Cfr ed. Semin. Vindob. sod. p. 92.

They wear long chitons with diploïdia: on either side, LECH CENCH; 652 (Sept. Severus) Statue of Aphrodite, holding up shield of Ares as a mirror, standing l. on Acrocorinthus. At the foot of the rock is an archway from which water flows (fountain Peirene), and on either side a recumbent male figure, the one on the left holding a rudder, the one on the right an anchor (the two ports of Corinth). Cfr The Journal of hell. stud. VI 64.
Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 553 (Nero) Genius of Colony standing l., holding patera and cornucopiæ; in field, [GEN] COL, and in ex. [C]OR (cfr 560); 581 (Domitianus) Genius l., holding patera and cornucopiæ before altar. Cfr Mionnet, Suppl. IV 77, 516.

Isthmus ad similitudinem iuvenis stantis vel in saxo sedentis effictus apud Corinthios heroum in numero temporibus imperatorum Romanorum habebatur, neque est dubium, quin genere numinum marinorum contentus fuerit. Quam rem se ita habuisse cum ex gubernaculis, quæ in manibus gestant imagines eius in nummis cælatæ, tum ex ea re, quod intima necessitudo ei cum Melicerta intercedebat, colligo; etiam ad situm Isthmi Corinthii optime quadrat heroem tutelarium eius rationem cum diis marinis habuisse.

Portus Corinthi, Lechæum et Cenchreæ, ad similitudinem virginum vel iuvenum gubernacula gestantium formati in numero heroum tutelariorum apud Corinthios positi erant. His quoque, ni fallor, societatis vinculum cum numinibus maris potentibus intercedebat [1].

Etiam imago Genii coloniæ in nummis temporibus Neronis et Domitiani signatis nobis occurrit; ad figuram viri iuxta aram stantis et pateram atque cornu Copiæ manibus tenentis formatus erat.

[1] Cfr Paus. II 2, 3.

Pirene.

Corinthi:

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 654 (Sept. Severus) Fountain-nymph Peirene seated l., pouring water from vase; before her, Pegasos r., drinking; in background, Acrocorinthus surmounted by temple of Aphrodite; cfr 653; 655 Fountain-nymph Peirene seated l. on rock, holding vase upon her knee; before her, another rock surmounted by a statue of a fountain in the form of Skylla r.; between the two fountains stands a krater; cfr sq. et The Journal of hell. stud. VI 72.

Pirene, quæ quam arte in fabulis cum Neptuno coniuncta sit [1], nemo ignorat, præcipua laude inter fontes Corinthios florebat [2]. Namque et Pindarus Corinthum ἄστυ Πειράνας appellat [3], et sæpenumero imago Pirenes in nummis Corinthiis ætate imperatorum Romanorum signatis reperitur.

[1] Cfr Paus. II 2, 3.

[2] Cfr. Eur. Med. v. 69 σεμνὸν ἀμφὶ Πειρήνης ὕδωρ.

[3] Ol. XIII v. 59.

AIΞ XAAKH.

Phliunte:

Paus. II 13, 6 ἀνάκειται δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς αἰξὶ χαλκῆ, τὰ πολλὰ ἐπίχρυσος· παρὰ δὲ Φλιασίοις τιμὰς ἐπὶ τῷδε εἴληφε. τὸ ἄστρον, ἣν ὀνομάζουσιν αἶγα, ἀνατέλλουσα τὰς ἀμπέλους λυμαίνεται συνεχῶς. ἵνα δὲ ἄχαρι μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῆς γένηται, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς χαλκῆν αἶγα ἄλλοις τε τιμῶσι καὶ χρυσῷ τὸ ἄγαλμα ἐπικοσμοῦντες.

Phliunte in foro statua aenea capræ ex parte inaurata posita erat, cui honor divinus habebatur. Pausanias, qui solus, quod sciam, memoriam huius capræ prodidit, etiam qua de causa cultus ille institutus sit, exponit. Mihi autem ea, quæ ad originem eius cultus explicandam affert auctor noster, doctrinam Alexandrinam magnopere redolere videntur; neque enim credibile est καταστερισμόν illum, ad quem verba Pausaniæ, ni fallor, spectant, mentem Phliasiorum ita imbuisse, ut eos impelleret, ut cultum ad vites tuendas conderent. Alio modo intelligenda est capra illa, ut meus fert sensus: etenim omnes fere concedunt fuisse tempus, quo dii ad similitudinem animalium efficti in Græcia colerentur[1], atque in hanc sententiam accipienda esse ea, quæ de cultu capræ Phliasio tradita sunt, censeo. Instar igitur numinis erat capra. Tum oritur quæstio, cui numini αἰξὶ illa responderit, quæ res difficilis est ad diiudicandum. Tamen monitum volo capram illam vi et natura cum numini-

[1] Gerhard, Gr. Myth. § 38—43; Wide, Lak. Kult. p. 79 n. 1.

bus fertilitatem tuentibus necessitudinem habuisse. Quod cum ita sit, in dubio esse non videtur, quorum numinum in primis ratio habenda sit: talia munera apud Phliasios fortasse Dianam, certe Iunonem et Iuventatem sustinuisse [1] ex iis, quæ supra attuli, apparet.

[1] Cfr C. O. Müller, Aeginet. lib. p. 10 sq.

Imperatores Romani.

Corinthi:

Le Bas-Foucart 89 L. Hermidius Celsus et L. . . . . Rutilius (sacerdotes Apollinis) | Augusti et L. Hermidius Maximus et L. Hermidius | ædem et statuam Apollinis Augusti et tabernas dece(m). (= C. I. L. 534).

Le Bas-Foucart 89 a. Ti(berio) Claudio Stephano Augustali.

Le Bas-Foucart 89 b. Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἁδριανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμπιον.

Paus. II 3, 1 ὑπὲρ δὲ τὴν ἀγορὰν ἐστιν Ὀκταβίας ναὸς ἀδελφῆς Αὐγούστου βασιλεύσαντος Ῥωμαίων μετὰ Καίσαρα τὸν οἰκιστὴν Κορίνθου τῆς νῦν.

Nummi: Cat. of greek coins in the Brit. Mus. Corinth No. 514 sq. (Tiberius) Hexastyle temple inscribed GEN. IVLI (cfr The Journal of hell. stud. VI 71), 523 sq. Seated statue of the Iulia Gens veiled r., with feet on footstool: she holds patera and sceptre.

Sicyone:

Paus. II 8, 1 τῷ δὲ τῆς Πειθοῦς ἱερῷ τὸ ἐγγὺς τέμενος ἀνειμένον βασιλεῦσι Ῥωμαίων οἰκία ποτὲ ἦν Κλέωνος τυράννου.

Inter omnes constat imperatoribus Romanis cum in urbe tum in provinciis honorem divinum habitum esse. Quod ad Corinthum attinet, titulus supra allatus sacerdotes Apollinis Augusti, Augustales qui vocabantur, et templum signumque

eidem dedicatum ibi fuisse ostendit; Augustum se cum Apolline in cultu coniungi maluisse, nemo est qui ignoret. Etiam Octavia, ut auctor est Pausanias, templum Corinthi habebat, et Genti Iuliæ [1] in feminæ sedentis formam effictæ templum dedicatum fuisse nummi docent.

Traianus et Hadrianus, quorum hic optime meritus erat de urbe Corinthiorum [2], ipsi quoque numero τῶν Σεβαστῶν Ὀλυμπίων apud Corinthios habebantur.

Sicyone in foro temporibus Pausaniæ τέμενος Imperatorum Romanorum sacrum situm erat.

---

[1] Cfr The Journal of hell. stud. VI 71.

[2] Cfr Paus. II 3, 5.

Antinous.

Corinthi:

C. I. G. 1105 b. Ὁστίλιος Μαρκέλλος ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀντινόου[1].
Nummi: Mionnet II 180, 239 Obv. OCTIΛIOC. MAPKEΛ-ΛOC. O. IEPEYC. TOY. ANTINOOY. Tête nue d'Antinoüs; rev. KOPINΘIΩN. ANEΘHKE. Figure radiée dans un bige, un fouet dans la main dr. Cfr Eckhel, Doctr. num. vol. VI 532 sq.

Cultus Antinoi Corinthi sicut Mantineæ[2] et nonnullis aliis locis institutus erat, quæ res, ut mea fert opinio, indicio est Corinthios, quanto officio patrono illius imperatori obstricti essent, gratis animis fassos esse.

Hic quidem subsistere possem, nisi animum induxissem, ut omnes cultus, prout diversis locis apud tres illas gentes, quarum de sacris in hac commentatione agitur, celebrati sunt, uno tenore exponerem.

Honore igitur cultus fruebantur

apud **Corinthios**

		Pag.
in ipsa urbe:	Ἀθηνᾶ Ἑλλωτίς	25
	Ἵππια	25
	Φοινίκη	26
	Χαλινῖτις	25

[1] Cfr adnot. Boeckhii.

[2] Paus. VIII 9, 7.

Pag.

in ipsa urbe: Ἀμφιτρίτη 14, 17
Ἀνάγκη καὶ Βία 171
Ἄνεμοι 107
Ἀντίνοος 203
Ἀπόλλων Βοάσων *[1] 37
Ζωτελιστής 33
Κλάριος 32
Κύννειος 33
Ἄρης 70
Ἄρτεμις Ἐφεσία 44
Εὔκλεια 44
Ἀσκληπιός 92
Ἀφροδίτη . . . . . 57 sq.
Μελαινίς 57
Βασιλεῖς Ῥωμαίων 201
Βελλεροφῶν 150
Βία vide Ἀνάγκη
Genius coloniæ 197
Gens Julia 201
Γλαύκη * 146
Γλαῦκος 144
Δημήτηρ καὶ Κόρη 82
Ἐποικιδία 82
Διόνυσος Λύσιος 74
Βάκχειος 74
Διόσκοροι 133
Εἰλείθυια 113
Ἑρμῆς 71
Ἔρως 131
Ζεὺς Καπετώλιος 1
Κορυφαῖος 1
Ὀλύμπιος . . . . . 1 sq.
(οὐκ ἔχων ἐπίκλησιν) 1
Ὕψιστος 1

[1] Asterisco notavi nomina eorum, quorum cultus num re vera celebratus sit ambigitur.

		Pag.
in ipsa urbe:	Ζεὺς Χθόνιος	1
	Ἥλιος	104
	Ἥρα Ἀκραία	7
	Βουναία	7
	Ἡρακλῆς	157
	Ἥφαιστος	56
	Θεοὶ πάντες	170
	Ἰνώ	135
	Ἶσις Αἰγυπτία	178
	Πελαγία	178
	Κεγχρεαί	196
	Κόρη vide Δημήτηρ	
	Κοτυτώ	129
	Λητώ	114
	Λέχαιον	196
	Μελικέρτης	139
	Μήδεια (et liberi eius)	181
	Μήτηρ θεῶν	127
	Μοῖραι	117
	Μοῦσαι	116
	Νίκη*	174
	Παλαίμων vide Μελικέρτης	
	Πειθώ*	177
	Πειρήνη	198
	Ποσειδῶν	16
	Δαμαῖος	17
	Σάραπις	178
	ἐν Κανώβῳ	178
	Σίσυφος	153
	Τύχη	172
	Ὑγίεια	92
	Ὧραι*	119
Lechæi:	Ἀφροδίτη	59
	Ποσειδῶν	17
Cenchreis:	Ἀσκληπιός	92
	Ἀφροδίτη	59

Pag.

Cenchreis: Ἶσις 178
Ποσειδῶν 17
Ὑγίεια 92
iuxta viam, quæ ex Isthmo Cenchreas ducebat:
Ἄρτεμις 43
in Isthmo: Ἀμφιτρίτη 14
Ἄρτεμις 43
Ἀφροδίτη 59
Ἀχιλλεύς * 155
Βελλεροφῶν 150
Δημήτηρ καὶ Κόρη 82
Εὐετηρία 82
Διόνυσος 74
Διόσκοροι 133
Ἥλιος 104
Θάλασσα 147
Θεοὶ πάτριοι 167
Ἰνώ 135
Ἰσθμός 196
Κῆτος 147
Κόρη vide Δημήτηρ
Κύκλωπες 156
Μελικέρτης 137
Νηλεύς * 149
Νηρηίδες 147
Παλαίμων vide Μελικέρτης
Πήγασος 147
Πλούτων 82
Ποσειδῶν (Ἴσθμος, Ἵππειος) . . . . 14 sq.
Τρίτωνες 147
prope saxa Scironia:
Ἀπόλλων Λατῷος 33
in Heræo promunturio:
Ἥρα 8
prope Heræum promunturium:
Ποσειδῶν 16

Pag.

Teneae: Ἀπόλλων 33
Διόνυσος * 75
Τύχη 172

apud **Sicyonios**

in ipsa urbe: Ἄδραστος 187
Ἀθηνᾶ 27
Κολοκασία 27
Ἀπόλλων Κάρνειος 35
Λύκιος 34
Πύθιος . . . . . 33 sq.
Ἄρατος 194
Ἄρτεμις Λιμναία 45
Μουνυχία 45
Πατρῴα 45
Φεραία 45
Ἀσκληπιός 92
Ἀσωπός 190
Ἀφροδίτη 60
Βασιλεῖς Ῥωμαίων 201
Δημήτηρ 83
Ἐπωπίς 83
Δία vide Ἥβη
Διόνυσος Βάκχειος 75
Λύσιος 75
Χοιροφάλας * 76
Διόσκοροι 133
Ἐπωπεύς 185
Ἔρως 131
Ἑρμῆς Ἀγοραῖος 72
Ἐπάκτιος 72
Ζεὺς Μειλίχιος 2
Ὀλύμπιος 2
Στοιχεύς (Στοιχαδεύς, Στοιχεῖος) 3
Σωτήρ 2
Ἥβη 123

		Pag.
in ipsa urbe:	Ἥλιος	105
	Ἥρα Ἀλέξανδρος	8
	Προδρομία	8
	Ἡρακλῆς	158
	Θεοὶ ἀποτρόπαιοι	168
	Ἶσις	179
	Λητώ	114
	Μελάνιππος	187
	Μοῦσαι	116
	Νίκη *	174
	Ὄνειρος	165
	Πάν	110
	Πειθώ	176
	Ποσειδῶν Ἰσθμιος	18
	Σάραπις	179
	Τύχη Ἀκραία	172
	Ὕπνος	165
	Ἐπιδώτης	165
inter urbem et portum:		
	Ἥρα	9
prope portum:		
	Ποσειδῶν	18
in Pyræa luco:		
	Δημήτηρ καὶ Κόρη	83
	Διόνυσος	75
	Κόρη vide Δημήτηρ	
iuxta Asopum flumen:		
	Εὐμενίδες	121
	Μοῖραι	117
Titanæ:	Ἀθηνᾶ	27
	Ἀλεξάνωρ	164
	Ἄνεμοι	107
	Ἀσκληπιός	93
	Γορτύνιος	94
	Τειτάνιος	94
	Ἀφροδίτη	61

		Pag.
Titanæ:	Διόνυσος	76
	Ἑκάτη	112
	Ἑβαμερίων	164
	Ἡρακλῆς *	158
	Κορωνίς	162
	Μήδεια *	107, 182
	Μήτηρ θεῶν	127
	Νίκη *	174
	Τύχη	172
apud **Phliasios**		
in ipsa urbe:	αἰξ χαλκῆ	199
	Ἀπόλλων	36
	Ἄρτεμις	46
	Ἀσκληπιός	94
	Ἀσωπός	190
	Ἀφροδίτη *	61
	Γανυμήδα vide Ἥβη	
	Δημήτηρ καὶ Κόρη	83
	Δία vide Ἥβη	
	Διόνυσος	76
	Διόσκοροι	133
	Ζεύς	3
	Ἥβη (Γανυμήδα, Δία)	123
	Ἥρα	9
	Ἶσις	179
	Κόρη vide Δημήτηρ	
	Τύχη	179
Celeis:	Ἄρας (Ἄορις, Ἀραιθυρέα)	192
	Δημήτηρ καὶ Κόρη	84
	Δυσαύλης	192
	Κόρη vide Δημήτηρ	
in Tricarano monte:	Ἥρα	9

Index rerum.

Abundantia 86
Achilles 155
Achilles et Medea 183
Adrastus 187 sq.
  et Bacchus 188 sq.
Adytum Isthmium 141 sq.
Aesculapius 92 sq.
  Γορτύνιος 102 sq.
  Τειτάνιος 102
  et Alexanor et Euamerion 101 sq.
  et Apollo 96 sq.
  et Bacchus 80
  et Coronis 162 sq.
  et Diana 98
  et Hygia 95, 100
  et Isis 95
    et Sarapis 180
    et Neptunus et Venus 23
  et Iuppiter 95
  et Minerva 102
  et Pan 98
  et Somnus et Somnium 98
  et Venus 67 sq.
αἴξ χαλκῆ 199 sq.
Alexanor 164
  et Euamerion et Aesculapius 101 sq.
Amor 131 sq.
Amor et Venus 131
  et Sol 64, 105
Amphitrite 14 sq.
  et Neptunus 21
Anactorum 90
Ἀνεμοκοῖται 107
Antinous 203
Antiope 69
Apollo 32 sq.
  Augustus 201
  Βοάσων 37, 2
  Κάρνειος 41 sq.
  Κλάριος 36
  Κύννειος 37 sq.
  Λατῷος 38
  Λύκιος 41
  Πύθιος 40
  Τενεάτης 38
  Ζωτελιστής 38
  et Aesculapius 96 sq.
  et Diana 38, 54
    et Latona 38, 55
    et Suada 176 sq.
  et Musæ 116
  Κάρνειος et Somnus 97
Aratus 194 sq.
Aras liberique eius 192 sq.
Asopus 190 sq.
Asylum vide templum
Athamas 140
Augustales 201
Ἀφροδίσια, sollemne Veneris 65 sq.

Bacchus 74 sq.
Βάκχειος 77 sq.
Λύσιος 77 sq.
Χοιρόψαλας 80
et Adrastus 188 sq.
et Aesculapius 80
et Ceres Proserpinaque 80
et Diana 47
et Ceres Proserpinaque 46 sq.
et Hecate 112
et Melicertes 143.
et Venus 62 sq.
Bellerophon 150 sq.
et Pegasus 151
et Neptunus 151
et Venus Μελαινίς 63, 151
Briareus 19
Bunus 10, 72
Βόνη 135, 1

Cabiri 85
Celeæ 90
Cenchreæ 196 sq.
Ceres et Proserpina 82 sq.
Ἐποικιδία 84
Ἐπωπίς 88
Εὐετηρία 85 sq.
Παναχαία 6
Προστασία 88 sq.
et Proserpina 88 sq.
et Bacchus 89
et Proserpina et Bacchus et Diana 46 sq.
et Diana 47
et Parcæ 117
et Pluto 86
Certamina Neptuni 19, 19, 2
Coronis 162 sq.
et Aesculapius 162
et Minerva 162
Cotyto 129 sq.
Cyclopes 156
Cyclopes et Neptunus 156

Daedala, sollemne 11, 5
Δία 124
Diana 43 s.
Ἐλαία 48 sq.
Ἐφεσία 48
Λιμναία 50
Μουνυχία 52
Πατρῴα 50
Φεραία 51
et Aesculapius 98
et Apollo 38, 40
et Latona 38, 55
et Suada 176 sq.
et Bacchus 47
et Ceres et Proserpina 46 sq.
et Ceres et Proserpina 47
et Hercules 52
et Iuppiter 51
et Neptunus 47
et Pan 51
Dii averrunci 168 sq.
patrii 167
universi 170
Dioscuri 133 sq.
et Neptunus 22, 134
Dysaules 193

Ἑλλώτια, sollemne Minervæ 29 sq.
Ἐναπεναυτισμός Corinthius 11
Epopeus 185 sq.
et Minerva 185
Euamerion 164
et Alexanor et Aesculapius 101 sq.
Εὐετηρία 85 sq.
Ἐλαία, sollemne Dianæ 48
Eumenides 121 sq.
et Parcæ 118
Eunomia 119

Fortuna 172 sq.
Ἀκραία 173

Galene 147
Γανυμήδα 124
Genius coloniæ 196 sq.
Gens Iulia 202
Glauce 146
Glaucus 144 sq.
et Melicertes 145
Ταράξιππος 145

Hadrianus 202
Ἥβη 124
Hecate 112
et Bacchus 112
et Medea 184
Ἡλιούπολις 105
Heræa, sollemne Iunonis 10
Ἡράκλεια, sollemne Herculis 161
Hercules 157 sq.
et Diana 52
et Mercurius 160
et Minerva 42, 159
et Venus 159
et Neptunus 159
Hieroduli 64, 9
Holocaustum, sacrum Aesculapii Titaniensis 99
Horæ 119 sq.
Hygia 92 sq.
et Aesculapius 95, 100

Ilithyia 113
et Venus 113
Imperatores Romani 201 sq.
Isis 178 sq.
Αἰγυπτία 179
Πελαγία 179
et Aesculapius 95
et Sarapis 180
Ino 135 sq.
et Melicertes 136
et Neptunus 136
et Neptunus 136
Isthmia, sollemne 140 sq.
Isthmus 196 sq.
Iuno 7 sq.
Αἰγοφάγος 11
Ἀκραία 9
Ἀλέξανδρος 12
Βουναία 9
Προδρομία 12
et Iuppiter 12
et Iuventas 125
et Medea 10 sq.
Iuppiter 1 sq.
Ἐνάλιος 4
Καπετώλιος 4
Κορυφαῖος 4
Μειλίχιος 5
nomine carens 3 sq.
Ὀλύμπιος 4
Ὁμαγύριος 6
Στοιχαδεύς 3, 1
Στοιχεῖος 3, 1
Στοιχεύς 6
Σωτήρ 5
Ὕψιστος 3 sq.
Χθόνιος 3
et Aesculapius 95
et Diana 51
et Iuno 12
Iustitia 119
Iuventas 123 sq.
et Iuno 125

Κῆτος 148
Κισσοτόμοι, sollemne Iuventatis 124
Κορωνίδες παρθένοι 163

Λαμπαδοδρομικὸς ἀγών Minervæ Corinthiæ sacer 29
Latona 114 sq.
et Apollo et Diana 38, 55
Learchus 140
Lechæum 196 sq.
Leucothea vide Ino

Mare 147
Mars 70
Mater deorum 127 sq.
et Mercurius 128
et Venus 69
Medea 181 sq.
et Achilles 183
et Hecate 184
et Ino 10 sq.
et Sol 183
et Venti 107 sq., 182, 1
et Venus 184, 3
Μηκώνη 87
Melanippus 188
Melicertes 138 sq.
et Bacchus 143
et Glaucus 145
et Ino 136
et Neptunus 136
et Neptunus 140 sq.
Melquart 142
Mercurius 71 sq.
Ἀγοραῖος 72 sq.
Ἐπάκτιος 73
Κριοφόρος 72
et Hercules 160
et Mater deorum 128
et Neptunus 72 sq.
Minerva 25 sq.
Δαμάσιππος 28, 8
Ἑλλωτίς 27 sq.
Ἱππία 27
Κολοκασία 31
Φοινίκη 29 sq.
Χαλινῖτις 27 sq.
et Aesculapius 102
et Coronis 162
et Epopeus 185
et Hercules 42, 159
et Musæ 31, 116
et Neptunus 28
et Venti 108
Minerva et Volcanus 30
Musæ 116
Musæ et Apollo 116
et Minerva 31, 116
Mysteria Bacchi 79 sq.
Ceris Proserpinaeque 90
Cotytus 129
Isidis 180
Matris deorum 128
Melicertæ 141
Veneris 68, 2

Necessitas et Violentia 171
Neleus 149
Neptunus 14 sq.
Ἀμοιβεύς 19, 2
Δαμαῖος 23
Ἵππιος 21, 23
Ἴσθμιος 24
κρείων Λέχαιος 23, 10
et Amphitrite 21
et Bellerophon 151
et Cyclopes 156
et Diana 22 sq., 47
et Dioscuri 22, 134
et Hercules et Venus 159
et Ino 136
et Melicertes 136
et Melicertes 140 sq.
et Mercurius 72 sq.
et Minerva 28
et Sol 19 sq.
et Venus 66
et Aesculapius et Isis 23
Nereides 147 sq.
Nymphæ Lemniæ 85
Νυμφών 79

Octavia 202
Ὀμφαλός 81
Ὀνόματα, sollemne Herculis 161
Oraculum Iunonis 12
Apollinis 40, 4
Orthopolis 87

Παιδιζή 160
Palæmon vide Melicertes

Παλαιμόνιον 140
Pan 110 sq.
et Aesculapius 98
et Diana 51
et Sol 111
Parcæ 117
et Ceres et Proserpina 117
et Eumenides 118
Pax 119
Pegasus 148
et Bellerophon 151
Phaethon 106
et Sol 106
Pirene 198
Plemnæus 87
Pluto 82 sq.
et Ceres et Proserpina 86
Πλουτώνειον 85
Polybus 72
Polymathea 116
Proetus 97
Proserpina vide Ceres
Pythia Sicyonia 40
Pyræa lucus 88 sq.
Πῶλοι, nummi 28

Sarapis 178 sq.
deus inferus 180
ἐν Κανώβῳ 179
et Isis et Aesculapius 180
Sepulchrum Laidis 63
Serpentes Aesculapii sacri 99
Σισύφειον 153
Sisyphus 153 sq.
Sol 104 sq.
et Medea 183
et Neptunus 19 sq.
et Pan 111
et Phaethon 106
et Venus 105
et Amor 74
Somnus 165 sq.
Ἐπιδώτης 165 sq.
Somnus et Apollo Κάρνειος 97
et Somnium et Aesculapius 98
Somnium vide Somnus
Suada 176 sq.
et Apollo et Diana 176 sq.
et Venus 177, 3
Σωτήρια, sollemne Arati 195

Templum Iuventatis, asylum 124
Neptuni, asylum 23
Theseus 141
Τοξίου βουνός 39 sq.
Traianus 202
Tritones 148

Venus 57 sq.
armata 64
Δωρῖτις 69
Μελαινίς 62
Οὐρανία 68
et Aesculapius 67 sq.
et Amor 131
et Bacchus 62 sq.
Μελαινίς et Bellerophon 63, 151
et Hercules 159
et Neptunus 159
et Ilithyia 113
et Mater deorum 69
et Medea 184, 3
et Neptunus 66
et Aesculapius et Isis 23
et Sol 105
et Amor 64
et Suada 177, 3
Venti 107 sq.
et Medea 107 sq., 182, 1
et Minerva 108
Victoria 174 sq.
Violentia et Necessitas 171
Volcanus 56
et Minerva 30

Addenda et corrigenda.

P.	6	v. 10	lege	epitheto
		v. 25	,,	Ἀργείης
,,	8	v. 22	,,	ἦν
,,	10	v. 25	,,	τὴν ἐκείνων μ.ἦνιν
,,	11	v. 7	,,	Λιγοφάγος
,,	13	v. 12	,,	Tricarano
,,	14	v. 18	,,	Ἡρῴδης
,,	16	v. 3	,,	τὸν
,,	21	v. 31	,,	posita
,,	25	v. 7	,,	ἵππῳ
,,	26	v. 19	,,	Mionnet
,,	27	v. 3	,,	ὃν
		v. 20	,,	repetitis
,,	28	v. 18	,,	pertinuisse
,,	49	v. 30	,,	celebrabantur
,,	54	v. 16	,,	cum
,,	59	v. 16	,,	τεθνακὼς
,,	75	v. 1	,,	bearded
,,	93	v. 8	,,	μὲν
,,	121	v. 27	,,	Aesch. Eum.
,,	124	v. 38	,,	retinui
,,	209	post v. 10		addendum est: Ὑγίεια . . . 93